

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Sancti Gregorii Moralis Expositionis In Beatum Iob Liber Nonvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

SANCTI GREGORII
MORALIS EXPOSITIONIS
IN BEATVM IOB
LIBER NONVS.

CAPUT PRIMUM.

PERVERSÆ mentes si seneat ad studium contrarietatis eruperint, sive pravum, sive rectum quid à contradicentibus audiant, adversis hoc responsionibus impugnant: quia cùm persona per contrarietatem displaceat, nec recta quæ protulerit, placent. At contrà bonorum corda, quib[us] in odium non venit persona, sed culpa, sic perversa dijudicant, ut quæ recta dicuntur, afflant. Discernenda quippe contradicentium sensibus & quifissimi arbitri resident, & sic male prolatæ respunt, ut tamen approbent quæ ex veritate cognoscunt. Solet

namque inter spinarum multitudinem, etiam defrigit semine spica succrescere. Cauta ergo manu operantis agendum est, ut dum spina tollitur, spica nutritatur: quatenus qui studeat eradicare quod pungit, noverit servare quod reficit. Unde & beatus Job, quia Baldad Suhites rectè per inquisitionem dixerat: Numquid Dominus supplantat iudicium, aut 1ob. 8. a Omnipotens subverit quod iustum est? quia vera in hypocritas robuſtæ protulerat, bene hæc & contra pravos generaliter prolatæ conspiciens, * studiū propriæ defensionis calcat, atque audita probat, dicens:

CAP. **IX.** **E**t respondens Job, ait: Vere scio quid ita sit, & quid non iustificabitur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille. Sapiens corde est, & fortis robore. Quis resistit ei, & pacem habuit? Qui transulit montes, & nescierunt hi, quos subvertit in furore suo. Qui commovet terram de loco suo, & columnæ eius concutuntur. Qui præcipit Soli, & non oritur; & Hellas claudit quasi sub signaculo. Qui extendit calos solus, & graditur super fluctus maris. Qui facit Arcturum, & Orionas, & Hyadas, & interiora Auri. Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus. Si venerit ad me, non videbo eum: & si abiurit, non intelligam. Si repente interrogat, quis respondebit ei? vel quis ei dicere potest: Cur ita facis? Deus, cuius ira nemo resistere potest: sub quo curvantur qui portant orbem. Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quidquam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Et cum invocantem me exaudierit, non credo quod audierit vocem meam. In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Non concedit quiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus. Si fortitudo queritur, robustissimus est: si aquitas iudicii, nemo audet pro me testimonium dicere. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem offendero, pravum me comprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tadebit me vita mea. Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit. Si flagellat, occidat semel, & non de pauci innocentium rideat. Terra data est in manus impi, & vultum iudicium eius operit. Quid si non ille est, quis ergo est? Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum. Pertransierunt quasi naves pompa portantes, sicut aquila volans ad escam. Cum dixero, Nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor. Verebar omnia opera mea, sciens quid non parceret delinquenti. Si autem & sic impius sum, quare frustra laboravi? Si lotus fuero quasi aquis nivis, & fulserint velut mundissime manus mea: tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Neque enim viro, qui similis mei est, respondebo, nec qui mecum in iudicio ex equo posset audiri. Non est qui utrumque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Asperat à me virgam suam, & pavor eius non me terreat. Loquar, & non timebo eum; neque enim possum metuens respondere.

Quod qui de vita perfectione se erigit, nec initium se habere ostendit.

CAPUT II.

Vere scio quid ita sit, & quid non iustificabitur homo compositus Deo.] Homo quippe Deo non compositus, iustitiam percipit, compositus amittit: quia quisquis se auctori bonorum comparat, bono se quod acceperat, privat. Qui enim accepta bona sibi arrogat, suis contra Deum donis pugnat. Un-

S. Greg. Tom. I.

B de ergo despectus erigitur, dignum est ut erectus inde destruktur. Sanctus autem vir, quia omne virtutis nostræ meritum esse virtutem conspicit, si ab interno arbitrio districte judicerur, rectè subiungitur: [Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille.] In Scriptura sancta milenarius numerus pro universitate solet intelligi. Hinc etenim Psalmista ait: Verbi quod mandavit in psal. mille generationes: cum profecto confiteretur, quid ab ipso mundi exordio usque ad Redemptoris adventum, per Evangelistam non amplius quam septua-

R. ij

Lxx. 3.

Apoc.
20. 4

ginta & septem propages numerentur. Quid ergo A in millenario numero, nisi ad proferendam novam fobolem, perfecta universitas praesit generationis exprimitur? Hinc & per Joannem dicitur: *Et regnabunt cum eo mille annis: quia videlicet regnum sancta Ecclesiae universitatis perfectione solidatur.* Quia vero monas decies multiplicata in denarium ducitur: denarius per semetipsum ductus in centenarium dilatatur: qui rufus per denarium ductus in millenarium tenditur, cum ab uno incipimus, ut ad millenarium veniamus: quid hoc loco unius appellatione, nisi bene vivendi initium; quid mil- lenarij numeri amplitudine, nisi ejusdem bona vita perfectione designatur? Cum Deo autem contendere, est non ei tribuere, sed sibi gloriam sue virtutis arrogare. Sed sanctus vir conficiat, quia & quis summa dona percepit, si de acceptis extollitur, cuncta que acceperat, amittit, & dicat: *[Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille.]* Qui enim cum auctore contendit, unum pro mille respondere non sufficit: quia qui de perfectione se erigit, habere se bene vivendi nec initium ostendit. Unum namque pro mille respondere non possumus: quia cum de bona vita perfectione extollimur, hanc nos nec inchoasse monstramus. Sed tunc de nostra infirmitate verius concutimus, si quam sit immensa potentia judicis, considerando penitus. Unde & subditur: *[Sapiens corde est, & fortis robore.]* Quid mirum si conditorem sapientiam, sapientem dicimus, quem ipsam esse sapientiam scimus? Et quid mirum, quod fortem esse memorat, quem ipsam esse fortitudinem nullus ignorat? Sed sanctus vir duabus verbis in laudem auctoris prolatis, aliquid nobis intimat, unde nos ad cognitionem nostram trepidos reducat. Sapiens quippe Deus dicitur, quia occulta nostra subtiliter agnoscit: & esse fortis adjungitur, quia valenter cognita percudit. Nec falli ergo a nobis, quia sapiens; nec vitari, quia fortis est, valet. Nunc ut sapiens omnia invisibilis apicit: tunc ut fortis sine ulla obstaculo quos reprobat, punit. Qui hoc quoque hunc fortis sapientia ordinat, ut humana mens cum contra auctorem se elevat, ipsa sua elatione confundat. Unde & subditur: *[Quis reficit ei, & pacem habuit?]* Qui enim cuncta mirabiliter creat, ipse, ut creata sibimet convenient, ordinat. In quo ergo conditori reficitur, pacis conventio dissipatur: quia ordinata esse nequeunt, quia superini moderaminis dispositionem perdunt. Que enim subiecta Deo, in tranquillitate * persistere nequeunt, ipsa se sibimet dimissa confundunt: quia in se pacem non inventi, cui venienti desuper in auctore contradicunt. Sic fumus ille angelicus spiritus, qui subiectus Deo in culmine stare potuisset, semetipsum expulsus patitur, quia per natura sua inquietudinem foras vagatur. Sic primus humani generis parens, quia auctoris precepto reficitur, carnis protinus contumeliam sensit: & quia subesse conditori per obedientiam noluit, sub semetipso prostratus, & pacem corporis protinus amisit. Bene ergo dicitur: *[Quis reficit ei, & pacem habuit?]* quia perversa mens unde se contra auctorem erigit, inde se in semetipsa confundit. Reficeret autem Deo dicimus, cum repugnare ejus dispositionibus comamur. Neque enim nostra infirmitas incommutabilis ejus sententia obviat, sed tamen quod explore non valer, tentat. Nam saepe humana infirmitas occulte vim dispositionis agnoscit, & tamen hanc si mutare valeat appetit. Contrarie fatagit, sed ipso se gladio contradictionis frangit. Ordini interno renitur, sed suis vieta conatribus, ligatur. Habere ergo pacem resistens non potest: quia dum superbiā confusio sequitur, quod stulte per culpam geritur, hoc in agentis poenam mirabiliter ordinatur. Sed vir sanctus virtute propheticī spiritus plenus, cum confu-

sionem generaliter humanae superbiae conspicit, ad speciale malum protinus plebis Israëliticae oculos mentis tendit, & quae poena elatos omnes maneat, ex unius gentis interitu ostendit. Nam repente subiungit, dicens: *[Qui transfluit montes, & nescierunt hi, quos subverit in furore suo.]* In scriptura sacra sepe montium nomine, prædicantium altitudo designatur. De quibus per Psalmistam dicitur: *Suscipient montes pacem populo tuo.* Electi quippe ps. 71. 4 prædicatores, æterna patria non immerito montes vocantur: quia per vitam celstitudinem imatarum deferunt, & calo propinquū fūnt. Sed montes Veritas transfluit, cum prædicatores sanctos à Judæa obdulatione subtraxit. Unde recte etiam per Psalmistam dicitur: *Transferentur montes in cor maris.* In cor enim maris montes translati sunt, cum prædicantes Apostoli à Judæa perfidia repulsi, ad intellectum Gentilium venerunt. Unde ipsi quoque in suis Actibus dicunt: *Vobis oportebat primum loqui ad. 11. 8 verbum Dei; sed quia repulisti illud, & indigneos vos iudicatis aeterna vita, ecce convertimur ad Gentes.* Sed hanc eamdem translationem montium hi ipsi nescierunt, qui in Domini furore subversi sunt: quia cum de suis finibus Hebrei Apostolos pellerent, lumen fecisse arbitri sunt, quod prædicationis lumen amiserunt. Exgentibus quippe meritis, justa animadversione percussi, tanto intelligentia errore cœcati sunt, ut quod lucem perderent, hoc esse gaudium putarent. Sed repulsi Apostolis, à Romano protinus principe Tito Judæa destruitur, atque in cunctis gentibus sparsa dissipatur. Unde & translati montibus recte subiungitur: *[Qui commoveret terram de loco suo, & columnæ eius concurredunt.]* De loco quippe suo terra commota est, cum plebs Israëlitica de Judæa finibus evulsa, nimis colla Gentibus subdidit, quia subdi auctori recusavit. Quæ scilicet terra columnas habuit, quia in sacerdotes & principes, legis doctores atque Phariseos, ruitura ejus fabricæ structura surrexit. In ipsis namque litteræ ædificium tenuit, & tranquillitas suæ tempore, sacrificiorum carnalium quasi superimposita fabricæ onera portavit. Sed translati montibus, columnæ concusæ sunt: quia subducti à Judæa Apostolis, nec ipsi vivere in illa permisisti sunt, qui ab illa vita prædicatores expulerunt. Dignum quippe erat, ut terrenam patriam subacti perderent, cujus amore nequaquam veriti sunt cœlestis patriæ milites impugnare. Sed expulsi sancti doctribus, Judæa funditus corruerunt, & justo judicantis examine in erroris sui tenebris mentis oculos clausi. Unde & adhuc subdiderunt:

Quod propter malitiam subditorum subrubarunt lux predicationis, & claudat Deus ora sanctorum Doctorum.

CAPUT III.

Qui precipit Soli, & non oritur; & stellas claudit quasi sub signaculo. Aliquando namque in sacro eloquio Solis nomine, prædicatorum claritas designatur; sicut per Joannem dicitur: *Factus est Sol apoc. 6. d ut fagus cilicinus.* In extremo quippe tempore Sol quasi cilicinus fagus ostenditur: quia fulgens vita prædicantium, ante reproborum oculos apera & despecta monstratur. Qui stellarum quoque claritate figurantur: quia dum recta peccatoribus prædicant, tenebras nostræ noctis illustrant. Unde & subtractis prædicatoribus, per Prophetam dicitur: *Pro Hier. 3. a habita sunt stella pluviarum.* Quia vero Sol per diem fulget, stellæ obscuritatem noctis irradiant; & plenumque in sacro eloquio diei appellatione æterna patria, noctis autem nomine, præfens vita signatur: prædicatores sancti ut Sol nostris oculis sunt, cum contemplationem nobis verae lucis aperiunt: & velut stellæ in tenebris lucent, cum per activam vitam pro futuris necessitatibus nostris terrena disponunt.

Quasi in die ut Sol coruscant, cum ad contemplandam interna claritatis patriam, mentis nostrae aciem sublevant: & quasi stellae in nocte resplendent, quia & cum terrena agunt, offensurum jamjamque nostri operis pedem, exemplo sua rectitudinis dirigunt. Sed quia expulsis prædicatoribus, non fuit qui plebi Iudaicæ in perfidia sua nocte remanent vel claritatem contemplationis ostenderet, vel activa vita lumen aperiret: veritas quippe, qua hanc repulsa deferuit, subtraacto prædicationis lumine, merito sua pravitatis excavat, rectè dicitur: [*Qui precipit Soli, & non oritur; & stellas claudit quasi sub signaculo.*] Orius quippe ei Solem noluit, à qua prædicantium animum divertit. Et quasi sub signaculo stellas clausit, qui dum prædicatores suos per silentium intra se metipios retinuit, cæcis iniquorum mentibus calestæ lumen abcondit. Pensandum vero est, quia idcirco aliiquid sub signaculo claudimus, ut hoc cum tempus congrui, ad medium proferamus. Et sacro eloquio attestante didicimus, quod Iudæa, quæ nunc deseritur, ad finum fidei in fine colligatur. Hinc namque per Esaiam dicitur: *Si fuerit numerus filiorum Israhel quasi arena maris, reliqua salve sient.* Esa. 10.c

Hinc Paulus ait: *Donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israhel salvus fieret.* Qui igitur prædicatores suos nunc Iudæa oculis subtrahit, sed postmodum ostendit, quasi sub signaculo stellas clausit: ut absconsis prius, & post coruscantibus astrorum spiritualium radiis, noctem perfidia sua & nunc repulsa non videat, & tunc illuminata deprehendat. Hinc est, quod duo illi prædicatores eximij dilata morte subtrahiti sunt, ut ad prædicationis usum in fine revocentur. De quibus per Joannem dicitur: *Hi sunt duo olive, & duo candelabra in conspectu Domini terra astantes.* Quorum unum in Evangelio per semetipsam Veritas pollicetur, dicens: *Elias venturus est, & restituuet omnia.* Quasi ergo sub signaculo stellæ clausæ sunt, quæ & nunc occultantur ne apparent, & post ur prodesse valent, apparebunt. Sed tamen plebs Iraælitica, quæ ubertim in fine colligetur, in ipsis sancta Ecclesiæ exordiis crudeliter obdurator. Nam prædicatores veritatis renuit, verba adjutorij sprevit. Quod tamen mira auctoris dispensatione agitur, ut nimirum prædicantium gloria, quæ recepta in uno populo latere poterat, in cunctis gentibus repulsa dilatur. Unde & apè mox subditur:

Quod celi extensi sunt, quando dilatatum est Evangelium, & diffusa predicatione in orbem terrarum.

CAPUT IV.

Psf. 18.d **Q**ui extendit celos solus.] Quid namque cœlum nomine, nisi hæc eadem cœlestis prædicantium vita designatur? De quibus per Psalmistam dicitur: *Celi enarrant gloriam Dei.* Ipsi igitur celi, ipsi Sol esse memorantur. Celi scilicet, quia intercedendo protegunt: Sol autem; quia prædicando vim luminis offendunt. Commota igitur terra, cœli extensi sunt: quia cum Iudæa ad vim persecutio-
nis infremuit, Apostolorum vitam Dominus in cunctarum gentium cognitionem dilatavit. Et dum illa per judicium in mundum captiva dispergitur, isti ubique per gratiam in honorem tenduntur. Angusti quippe celi fuerant, cum una plebs tot egregios prædicatores tenebat. Quis enim Gentilium Petrum nosset, si in solius Iraælitici populi prædicatione remansisset? Quis Pauli virtutes agnoscet, nisi hunc Iudæa ad nostram notitiam persequendo transmisisset? Ecce jam qui plagis & contumelias ab Iraælitica plebe repulsi sunt, per mundi fines honorantur. Solus ergo Dominus celos retinet, qui secreti mira dispensatione confilij, prædicatores suos unde permisit in una gente opprimi, fe-

A cit in mundi cardines inde dilatari. Sed neque ipsa hæc presenti dedita mundo Gentilitas, cum culpas ejus, Apostolorum lingua corripuit, verba vita libenter accepit. Nam protinus in elatione contradictionis intumuit, atque ad crudelitatem se persecutionis excitavit. Sed quæ prædicationis verbis contraire nititur, signorum ciuitas admiratione temperatur. Unde & aptè quoque in auctoris laudem subjungitur:

Quod pauperes Christi hujus mundi potestates in miraculorum virtute calcaverunt.

CAPUT V.

5. **E**t graditur super fluctus maris.] Quid enim maris nomine, nisi in bonorum nece faviens mundi hujus amaritudo signatur? De quo & per Psalmistam dicitur: *Congregans quasi in utrem aquas psal. 32. maris.* Aquas etenim maris quasi in utrem Dominus congregat, cum miro moderamine cuncta dispontens, in suis clausas cordibus carnalium minas frænat. Super fluctus ergo maris Dominus graditur, quia cum se procellæ persecutionis erigunt, miraculorum ejus obstupfactione franguntur. Qui enim tumores humana vefania mirigat, quasi creatas in cumulo undas calcat. Nam cum morem suum Gentilitas destrui novæ conversationis prædicatione conficeret; cum mundi hujus divites elationi sua contrarie viderent facta pauperum; cum sapientes sacerdoti adversari sibi imperiorum verba pensarent: in persecutionis protinus tempestatem tumuerunt. Sed qui verborum adversitate commoti, ad persecutionis procellas influent, signorum, ut diximus admiratione temperantur. Tot ergo in his fluctibus Dominus gressus posuit, quot superbis persecutoribus miracula ostendit. Unde bene rursum per Psalmistam dicitur: *Mirabiles psal. 52. elationes maris, mirabilis in excelcis Dominus:* quia contra electorum vitam ad persecutionis undas mundus se mirabiliter extulit, sed has supernorum conditor sub elevata virtute prædicantium mirabilis stravit: ministris etenim suos plus ostendit posse per miracula, quam potestates terrenas quæ tumuerant, periram. Hier. 5.e *Quod bene etiam per Hieremianum Dominus exteriora narrans, interiora denuncians, dicit: Posui arenam terminum mari, pre- * al. illud.* ceptum sempiternum quod non prateribit; & commovebuntur, & non poterint, & intumescunt fluctus eius, & non transfibuntur * ille. Arenam quippe Dominus mari terminum posuit: quia ad frangendam mundi gloriam, abjectos & pauperes elegit. Cujus nimirum maris fluctus intumescent, cum potestates sacerdoti ad communionem persecutionis existunt. Sed transire arenam nequeunt, quia despectorum miraculis & humilitate franguntur. Sed dum mare levit, dum per insania sua fluctus erigitur; quia tamen virtutis intimæ ostensione catur, sancta Ecclesia proficit, atque ad statum sui ordinis per temporum incrementa consurgit. Unde & apè mox subditur :

Quod fundata in fide Christi Ecclesia, in hieme infidelitatis contra persecutorum procellas, primo Martyres, deinde Doctores effulserunt: quibus post laborum pressuras in interioribus Austris, id est, secreto cœlestis parie sine preparata est ab aeterno cum Angelis sanctis hereditas.

CAPUT VI.

6. **Q**ui facit Arcturum, & Orionas, & Hyadas, & interiora Austris.] Nequaquam sermo veritatis vanas Hesiodi, Arati, & Callimachi fabulas sequitur, ut Arcturum nominans, extremam stellarum septem caudam Ursæ suspicetur, & quasi Orion gladium teneat amatör insanus. Hæc quippe astrologi

R. iii

rum nomina, à cultoribus sapientiae carnalis inventa sunt: sed Scriptura sacra idcirco eisdem vocabulis utitur, ut res quas insinuare appetit, notitia usitate appellationis exprimantur. Nam si astra que vellet, per ignora nobis nomina dicere: homo, pro quo hæc eadem scriptura facta est, nesciret proculdubio quid audiret. Sic igitur in sacro eloquio sapientes Dei sermonem trahunt à sapientibus æculi, sicut in eo pro utilitate hominis vocem in se humanae passionis ipse conditor hominum sumit Deus, Gen. 6. b ut videlicet dicat: *Panitet me fecisse hominem super terram: cùm profectò constet, quia is qui cuncta prius quā veniant conspicit, nequaquam postquam aliquid fecerit, pœnitendo relipicat.* Quid ergo mirum, si spirituales viri utuntur verbis carnali, quando ipse ineffabilis & creator omnium Spiritus, ut ad intellectum suum carnem pertrahat, in seipso carnis sermonem format? In Scriptura igitur sacra dum nota aliorum nomina audimus, de quibus astris sermo moveatur, agnoscimus. Cùm verò qua narrantur altra perpendicularis, refat, ut ex eorum motibus ad spiritualis intelligentie arcana surgamus. Neque enim iuxta litteram mirum aliquid dicitur, quod Deus Arcturum, Orionas, & Hyadas fecit: de quo nimurum constat, quia omnino in mundo nihil sit, quod ipse non fecerit. Sed sanctus vir hæc fecisse Deum dicit: per quæ signari proprie ea qua spiritualiter geruntur, intelligit. Quid namque Arcturi nomine, qui in cæli axe constituta, septem stellarum radii fulget, nisi Ecclesia universalis exprimitur, qua in Joannis Apocalypsi per septem Ecclesias, septemque candelabra figuratur: *Quæ dum dona in se septiformis gratiaæ Spiritus continent, claritate summae virtutis irradians, quasi ab axe veritatis luceat.* Pensandum quoque est, quod Arcturus semper versatur, & numquam mergitur: quia & sancta Ecclesia persecutiones iniquorum sine cessatione tolerat, sed tamen usque ad mundi terminum sine defectu perdurat. Sæpe namque eam reprobri, quia usque ad interacionem perfecutisunt, quasi hanc se funditus extinxisse crediderunt: sed eò multiplicius ad statum sui profectus redit, quod inter manus persecutum moriendo laboravit. Arcturus ergo dum versatur, origitur: quia tunc sancta Ecclesia valentiùs in veritate reficitur, cùm ardentius pro veritate fatigatur. Unde apè quoque post Arcturum protinus Orionas subdit. Oriones quippe ipso pondere temporis hiemalis oriuntur: suo quoque ortu tempestates excitant, & maria terraque turbantur. Quid igitur post Arcturum per Orionas, nisi Martyres designantur? Qui dum sanctam Ecclesiam ad statum prædications erigunt, pondus persequuntur, molestiasque passuri, ad cæli faciem quasi in hieme venerunt. His etenim natis, mare terraque turbata est: quia dum Gentilitas mores suos destrui, apparente illorum fortitudine dolui, in eorum necem non solum iracundos a turbidos, sed etiam placidos erexit. Ex Orionibus itaque hiems inhorrut: quia clarescente Sanctorum constantia, frigida mens infidelium, ad tempestatem se persecutionis excitavit. Orionas ergo cælum edidit, cùm sancta Ecclesia Martyres misit. Qui dum loqui recta riddibus auti sunt, omne pondus ex frigoris adversitate pertulerunt. Bene autem protinus Hyadas subdit, quæ juvenescente verno ad cæli faciem prodeunt, & cùm jam Sol caloris sui vires exerit, ostenduntur. Illius quippe signi initii inharent, quod sapientes æculi Taurum vocant, ex quo augeri Sol incipit, atque ad extendenda diei spatia ferventior exurgit. Qui itaque post Orionas Hyadum nomine, nisi Doctores sanctæ Ecclesie designantur? Qui subducis Martyribus, eo jam tempore ad mundi notitiam venerunt, quo fides clarius elucet, & repressa infidelitatis hieme, altius per corda fidelium Sol ver-

A tatis calet. Qui remota tempestate persecutionis, expletis longis noctibus infidelitatis, tunc sancte Ecclesiæ exorti sunt, cùm ei jam per credulitatis vernum lucidior annus aperitur. Nec immiterò Doctores sancti Hyadum nuncupatione signantur. Græco quippe eloquio * hyetos pluvia vocatur, & * ⁱⁿ Hyades nomen à pluvia acceperunt, quia ortæ proculdubio imbræ ferunt. Bene ergo Hyadum appellatione expressi sunt, qui ad statum universalis Ecclesiæ, quasi in cali faciem deduci super acentem terram humani pectoris, sanctæ prædicationis imbræ fuderunt. Si enim prædicationis sermo pluvia non esset, Moyses minimè dixisset: *Expectetur sicut Deut. 32. pluvia eloquum meum: & nequaquam per Esaiam* ^a *Veritas diceret: Mandabo nubibus meis, ne pluant Esa. 1. b super eam imbræ:* atque hoc, quod paulo ante protulimus: *Quoniam probita sunt stellæ pluv. Hier. 3. viarum.* Dum ergo Hyades cum pluviis veniunt, ad cali spatia altiora Sol ducitur: quia apparente Doctorum scientia, dum mens nostra imbre prædicationis infunditur, fidei calor augetur. Et perfusa terra ad fructum proficit, cùm lumen ætheris ignescit: quia uberioris frugem boni operis redditus, dum per sacræ eruditio[n]is flamman, in corde clarius ardemus. Dümque per eos diebus singulis magis magisque scientia cælestis ostenditur, quæ interni nobis luminis vernum tempus aperitur: ut novus Sol nostris mentibus rutileat, & eorum verbis nobis cognitus, seipso quotidie clarior micet. Urgente etenim mundi fine, superna scientia proficit, & largius cum tempore excrescit. Hinc namque per Danielen dicitur: *Per transibunt plurimi, & Dan. 12. multiplex erit scientia.* Hinc Joanni in priori parte revelationis Angelus dicit: *Signa, quæ locua sunt Apoc. 10. septem tonitrua.* Cui tamen in ejusdem revelationis ^b termino præcepit, dicens: *Ne signaveris verba ibid. propheticæ libri hujus.* Pars quippe revelationis anterior signari præcipitur, terminus prohibetur: quia quidquid in sanctæ Ecclesiæ initii latuit, finis quotidie ostendit. Nonnulli verò à Græca littera, quæ υpsilon dicitur, Hyadas nuncupatas arbitrantur. Quod si ita est, significationi quam diximus, contrarium non est. Doctores enim his stellis non inconvenienter expressi sunt, quæ à litteris nomen trahunt. Sed quamvis Hyades ab ejusdem litteræ visione non discrepant, certum tamen est, quia hyetos imber dicitur, eo quod exortæ pluvias appor-tant. Vir igitur sanctus redemptio[n]is nostræ ordinem contemplatus admiretur, atque admirans exclamat, dicens: [*Qui extendit cælos solus, & gradit[ur] super flum[us] maris: qui facit Arcturum, & Orionas, & Hyadas.*] Extensis etenim cælis Dominus formavit Arcturum; quia in honorem deducit Apostolis, in cælesti conversatione fundavit Eccle-ham. Formato quoque Arcturo, fecit Orionas; quia roborata fide universalis Ecclesia, contra procellas mundi edidit Martyres. Editis quoque Orionibus, protulit Hyadas: quia convalescentibus contra adversa Martyribus, ad infundandam ariditatem humanorum cordium, doctrinam contulit magistrorum. Iste itaque sunt aliorum spiritualium ordines, qui dum summis virtutibus eminent, semper ex supernis lucent. Sed post ista quid restat, nisi ut sancta Ecclesia laboris sui fructum recipiens, ad videnda superna patria interna perveniat? Unde apè, quia dixit: [*Qui facit Arcturum, & Orionas, & Hyadas;*] protinus addidit: [*Et interiora Austræ.*] Quid namque in hoc loco Austræ nomine, nisi fervor sancti Spiritus designatur? Quo dum repletus quicunque fuerit, ad amorem patriæ spiritualis ignescit. Unde & sponsi voce in Canticorum cantico dicitur: *Surge Aquilo, & veni Auster, per filia cant. 4. horum meum, & fluent aronata illius.* Austræ quippe veniente, Aquilo surgens recedit, cùm adventu sancti Spiritus expulsus antiquus hostis, qui in tor-

pore mentem confrinxerat, deserit. Atque horum A spōni Austri perstat, ut aromata defluant: quia nimirum dum sanctam Ecclesiam donorum suorum virtutibus Spiritus veritatis impleverit, ab ea longe lateque odores boni operis spargit. Interiora ergo Austri, sunt occulti illi Angelorum ordines, & secretae patria cœlestis finis, quos implet calor Spiritus sancti. Illuc quippe Sanctorum animæ & nunc corporibus exuta, & postea corporibus restituta pervenient, & quasi in Austri abditis occultantur. Ibi per diem quasi in meridiano tempore, ardenter Solis ignis accenditur; quia conditoris claritas, mortalitatis nostræ jam pressa caligine, manifestus videtur; & velut sphæra radius ad spatiæ altiora se elevat, quia de semetipsa nos veritas subtilius illufrat. Ibi lumen intimæ contemplationis sine interveniente cernitur umbra mutabilitatis: ibi calor summi lumini sine ulla obscuritate corporis: ibi invisibilis Angelorum chori quasi astra in abditis emicunt, quæ eò nunc ab hominibus videri nequeant, quod flammæ veri luminis altius perfunduntur. Valde itaque mirum est, quod missis Apostolis Dominus cœlos tetendit, quod temperatis perfectionum tumoribus, maris fluctus gradens represit, quod solidatæ Ecclesiæ Arctorum statuit, quod roboratis contra adversa Martyribus, Orianas misit, quod repletis in tranquillitate Doctribus, Hyadas præbuit: sed post hec valde est admirabile, quod sinum nobis cœlestis patriæ quasi interiora Austri præparavit. Pulcrum est hoc omne, quod quasi in cœli facie de divina dispensatione cernitur; sed longe illud, & incomparabiliter pulcrius, ad quod invisibiliter pervenient. Unde bene iterum

Cant. 4. sponitus in sponsa sua laudibus dicit: *Quam pulchra es! oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet.* Pulceram narrat, & pulceram replicat: quia alia est ei pulcritudo morum, in qua nunc cernitur; atque alia pulcritudo præriorum, in qua tunc per conditoris sui speciem sublevaribit. Cujus membra, videlicet omnes electi, quia ad cuncta simpliciter incedunt, ejus oculi columbarum vocantur: qui magna luce irradiant, quia & signorum miraculorum coruscant. Sed quantum est omne hoc miraculum, quod videri nunc potest? Illud de internis miraculum est mirabilius, quod nunc videri non potest. De quo illic aptè subditur: *Absque eo quod intrinsecus latet.* Magna quippe est gloria aperti operis, sed longe incomparabilis occultæ remunerationis. Quod ergo per beatum Job astrorum nomine, hoc Salomonis vocibus oculorum appellatione signatur: & quod per Salomonem dicitur: *Absque eo quod intrinsecus latet;* hoc nobis beatus Job intimat, cum Austri interiora commendat. Sed ecce vir sanctus exteriora nominans, interiora considerans, aperta narrans, occulta penetrans, omne quod interius exteriusque agitur, dicere conatur: sed opera summae magnitudinis quando explicet lingua carnis? Unde & aptè mox

* al. de. faciendo 10. *hæc eadem opera melius* definiendo comprehendi dicit dicens: [Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus.]* Divine fortitudinis facta tunc verius exemplum, cum hæc nos explora non posse cognoscimus: tunc facundius loquimur, cum ab his obstupescendo reticemus. Ad narranda quippe Dei opera habet defectus noster, quam sufficienter exerat linguam suam; ut quæ comprehendere idoneè non valer, hac idoneè mutus laudet. Unde bene per Psalmistam dicitur: *Laudate eum in potentibus ejus, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.* Ille quippe Dominum secundum multitudinem magnitudinis ejus laudat, qui se succumbere in ejus laudis expletione considerat. Dicat ergo: *[Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus:]* videlicet magna virtute, inscrutabilia ratio-

A ne, innumeralia multiplicitate. Divina ergo opera, quæ expiere dicendo non potuit, facundius definiendo definitivit. Sed in consideratione terum cur longe extra nos ducimur, qui hoc ipsum quoque quod erga nos agitur, ignoramus? Unde & aptè subiungitur:

Quod exigentibus peccatis, ita cœcum est genus humani, ut saepe quod donum est gratia, iram putet; & quod ira est, gratiam estimet.

CAPUT VII.

Si venerit ad me, non videbo eum: & si abierit, non intelligam.] Seclusum quippe ab internis gaudiis genus humanum, exigente culpa, mentis oculos perdidit: & quod meritorum suorum passibus graditur, nescit. Sæpe enim gratia est dominum, quod iram deputat: & saepe divinae distinctionis ira est, quod gratiam putat. Nam plerumque gratiam estimat dona virtutum: & tamen eisdem donis elatus corruit. Plerumque velut iram metuit adversa tentationis: & tamen eisdem tentationibus pressus, ad virtutum custodiæ cautor exigit. Quis enim Deo se propinquare non estimet, cum supernis excrescere se munericibus agnoscat, cum vel prophetia domum, vel doctrinæ magisterium percipiat, vel ad exercitandam curationis gratiam convalefecit? Et tamen saepe mens dum de virtutis suæ securitate resolvitur, infidiliante adversario, inopinata culpæ telo perforatur: & inde à Deo in æternum longe fit, unde ei ad tempus sine cautelæ custodia propinquavit. Et quis se derelictum à divina jam gratia non deputet, cum post experimentum munditiae lacefiri se carnis temptationibus videt, in honesta ad animum congeri, & ante cogitationis oculos, nonnulla improba & immunda versari? Et tamen cum fatigant ista, nec superant, nequam per pollutionem trucidant, sed per humilitatem servant: ut infirmum se animus in temptatione deprehendens, torum se ad divinitatis adjutorium conferat, & sui fiduciam funditus amittat, sicut fit, ut inde altius Deo inhaerat, unde se à Deo profundius cedidisse suspirabat. Accessus igitur recepisti que Dei, à mente nostra minime cognoscitur, quoique rerum alternantium finis ignoratur: quia & de temptatione incertum est, utrum prober, an trucider: & de donis nequam deprehenditur, utrum hic desertos remunerent, an in via nutriant, ut ad patriam perdidant. Homo ergo ab internis gaudiis semel expulsus, clausus contra se januas secretis spiritualis apiciat, atque ad semetipsum foras projectus in carne gemat, & cæcitatibus sua damna considerans, dicat: *[Si venerit ad me, non videbo eum: & si abierit, non intelligam.]* Ac si aptè deploret, dicens: Postquam semel sponte oculos perdidit, quoniam qualiter noctis cæcitatem patior, nec oratum jam, nec occasum Solis agnosco. Et tamen homo, qui infirmitatis pœnâ premitur, & cæcitatibus sua caligine gravatur, ad supernæ lucis judicium properat, ut suorum actuum rationem reddat. Unde & mox subditur:

Quod magna superbia sit, in judiciis divinis rationem querere.

CAPUT VIII.

Si repente interrogaret, quis respondebit ei?] Repente Deus interrogat, cum nos ad distinctionem sui examinis inopatos vocat. Sed interrogationi illius homo respondere non sufficit: quia si remota tunc pietate discutitur, in illo examine etiam justorum vita succumbit. Vel certè interrogat, cum duris nos percussionibus pulsat: ut cum mens nostra magna de se in tranquillitate estimat, semetipsum veraciter qualis sit, in perturbatione deprehendat.

Rom. 9. Paulum dicitur: *O homo, tu quis es qui respondeas Deo?* Responderes Deo non posse convincitur, qui homo nominatur: quia per hoc quod de humo sumptus est, iudicia superna discutere dignus non est. Unde hic quoque aptè subiungit: [Vel quis ei dicere potest, cur ita facis?] Autoris facta semper indicuſa veneranda sunt, quia iusta nequam esse possunt. Rationem quippe de occulto ejus consilio querere, nihil est aliud quam contra ejus consilium superbire. Cùm ergo factorum causa non deprehenditur, restat, ut sub factis illius cum humilitate taceatur; quia nequam sufficit sensus carnis, ut secreta penetret majestatis. Qui ergo in factis Deirationem non videt, infirmitatem suam considerans cur non videat, rationem videt. Unde & per Paulum quoque subsequenter adjungitur: *Numquid dicit figuramentum ei qui se fixit? Quare me fecisti sic?* Quod enim se cernit figuramentum divini operis, eò semetipsum redarguit, ne contra manum resultet operantis: quia qui benignè quod non erat, fecit: quod est, iustè non deserit. Ad semetipsum ergo in percussione mens redeat, & quod apprehendere non valet, non requirat: ne si divinæ iræ causa discutitur, amplius discussa provocetur: & quanto placare humilites poterat, inextinguibiliter superbia accendat. Unde aptè quoque de hac eadem ira protinus subditur:

Quomodo verum sit quod nullus ira Dei resistat, cùm patens sit quod Moysè & multi alii resistent.

CAPUT IX.

Deus, cuius ira nemo resistere potest, & sub quo curvantur qui portant orbem.] Mirum valde est quod ira Dei nullum posse resistere dicitur, cùm multis indignationi supernæ animadversionis obviasset, eloqua divina testentur. An non ira Dei Moyses restitit, qui pro cadente populo erectus, ipsum supernæ percussione impetum mortis suæ oblatione restrinxit, dicens: *Dimitte illis hanc normam: aliquis dele me de libro tuo, quem scripsisti?* An non ira Dei Aaron restitit, cùm inter viventes ac mortuos thuribulum sumpsit, atque animadversionis ignem, incensu fumo temperaverit? An non Phinees ira Dei restitit, qui luxuriantes cum alienigenis, in ipso coitu trucidans, zelum suum divinæ indignationi obtulit, & furorem gladio placavit? An non ira Dei David restitit, qui Angelo ferienti se offens, placationis gratiam & ante tempus propositum exegit? An non Elias ira Dei restitit, qui longo jam tempore terra arente, subductas de celo pluvias verbo revocavit? Quomodo ergo divinæ iræ nullum posse resistere dicitur, cùm multos saep restituisse exemplis existentibus demonstratur? Sed si subtiliter & hac beati Job eloquia, & illorum facta pensamus: & verum cognoscimus, quia divinæ iræ non restititur: & verum, quia multi saep restituerunt. Omnes enim Sancti qui ira Dei obviant, ab ipso accipiunt ut contra imperium percussione ejus opponantur: atque, ut ita dixerim, cum ipso se erigunt contra ipsum, eosque divina vis fibi opponit secum: quia in eo quod adversum saevientis iram fortis obtinet, intus eos gratia irascentis fovet: & famulantes interiori levat, quos quasi adversantes exterius tolerat. Portat ergo contradictionem deprecantium, quam aspirat, & velut nolenti opponit, quod ab ipso ut fiat, imperatur. Moysi etenim dicit: *Dimitte me ut irascatur furor meus con-*

Exo. 32.
Num. 16.

Num. 25.

*2. Reg.
24. g.
3. Reg.
18. g.*

72.

Exod. 32.

tra eos, & deleam eos, faciamque te ingentem magnum. Quid est servo dicere, *Dimitte me*, nisi deprecandi ausum præbere? Ac si aperte ei diceretur: Pensa, quantum apud me valeas, & cognosce quia obtainere poteris quidquid pro populo exoras. Quod quia hac mente agitur, statim venia subjuncta testatur. Cùm vero superna indignatio sece, ut ita dixerim, medullitus moverit, hanc oppositio humana non retinet: nec se utiliter eujuslibet de-^{23. q. 4.} precatio objicit, cùm semel Deus aliquid ab intimis ^{V. p. 5.} irascendo disponit. Hinc est enim quod Moyses, ^{wnde Grego.} reatum totius plebis apud Deum suis precibus ^{rum.}

But, *Domino irascente non potuit.* Et saep haec de-^{2. Reg.} affligit, saep desiderio se excitante turbatur, & dispositio ultionis iracundiam repellere à semetipso non valuit, qui hanc, volente Domino, & a populo amovit. Hinc David, qui prostrata plebe, postmodum Angeli gladium prece compescuit, prius plorans & ejulans, nudus pedibus filium fugit: & quousque perpetrari facinoris ultionem ad plenum reciparet, iram Dei pro semetipso temperare nequam valuit. Hinc Elias, ut ficut homo parum ali-^{3. Reg.} quid quasi de divina animadversione sentiret: qui verbo celos aperuit, ante indignationem mulieris territus per desertum fugit: & pro semetipso infirmatur in formidine, qui furorem Dei placat alii per interventionem. Ira Dei igitur & resisti valet, quando ipse qui irascitur, opitulatur: & resisti omnino non valet, quando se & ad ulciscendum exicit, & ipse precem quæ ei funditur, non aspirat. Hinc ad Hieremiam dicitur: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne affinas pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam te in tempore clamoris eorum ad me.* Et rursum: *Si steterint Moyses & Sa-^{Hier. 7.6} muel coram me, non est anima mea ad populum istum.*

Cum vero celos aperuit, ante indignationem mulieris territus per desertum fugit: & pro semetipso infirmatur in formidine, qui furorem Dei placat alii per interventionem. Ira Dei igitur & resisti valet, quando ipse qui irascitur, opitulatur: & resisti omnino non valet, quando se & ad ulciscendum exicit, & ipse precem quæ ei funditur, non aspirat. Hinc ad Hieremiam dicitur: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne affinas pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam te in tempore clamoris eorum ad me.* Et rursum: *Si steterint Moyses & Sa-^{Hier. 15.} muel coram me, non est anima mea ad populum istum.*

DQuia in re quæ utiliter potest, cur reliktis tot antiquioribus patribus, ad effundendam precem Moyses & Samuel tantummodo præstantius elegantiusque nominantur? Quod tamē facile agnoscimus, si ejus, qua diligere & inimicos præcipitur, charitatis merita pensamus. Conditoris namque auribus maximè illa oratio commendatur, quæ pro inimicis quoque intercedere nititur. Unde & per le-

Emetipsum Veritas dicit: *Orate pro persecutibus & calumniantibus vos.* Et rursum: *Cum stabitis ad orandum, dimitte si quid habetis adversus alterum.* Cùm vero patrum priorum facta sacro eloquio de-^{Marc. 5.} scribente revolvimus, Moyses & Samuelem exoraſſe pro adversantibus invenimus. Unus quippe eorum saevientis populi persecutions fugit, & tandem pro vita sui persecutoris intervenit: alter ex principiis populi dejectus, ipsis suis adversariis di-^{Marc. 11.} cit: *Abſtine hoc peccatum in Domino, quo minus cessem orare pro vobis.* Quid est ergo in difficultate deprecandi, Moyses & Samuelem deducere, nisi apertius indicare, quia ejus ira neque illi si astarent, obſisterent, qui idcirco pro amicis intervenire ci-^{1. Reg.} tūs possent, quia apud hunc intercedere & pro inimicis solerent! Hinc ad eamdem Judæam dicitur:

*Plaga inimici percussisse, castigatione crudeli. Etrur-^{Hier. 3.8} sum: Quid clamas ad me super contritione tua? In-^{c.} sanabilis est dolor tuus. Vir igitur sanctus apicat, ^{Ibid.} quia nullius intervint divina ira refringitur, cùm implacabiliter excitatur, & dicat: *Deus, cuius ira nemo resistere potest.* Quod bene & ad speciale intellectum ducimus, si ejusdem plebis Israeliticae damna pensamus, quam Redemptor per dispensationis suæ mysterium ostensus superbientem deseruit, atque ad cognitionis suæ gratiam Gentes vocavit. Unde & aptè mox subditur:*

Quod

Quod pondere divino omnes curvantur, & nec ipsi perfecti viri qui mundum regunt, nec ipsi Angeli divinitatis ejus immenitatem comprehendant.

CAPUT X.

SVb quo curvantur qui portant orbem.] Ipsi etenim orbem portant, qui curam praesentis saeculi tolerant. Tantorum quippe pondera unusquisque sustinere compellitur, quantis in hoc mundo principatur. Unde & terra princeps non incongrue Graeco eloquio βάρος dicitur. *Aias enim populus interpretatur. βάρος igitur βάρος νόμος vocatur, quod Latinā videlicet lingua basis populi dicitur: quia videlicet ipse super se populum sustinet, qui motu illius, potestatis pondera fixus regit.* Quod enim subjectorum suorum onera tolerat, cō quasi superpositam columnam basi portat. Beatus igitur Job virtute prophetici spiritus plenus, aspiciat quid Judaea decerit, atque ad divinitatis cultum Gentium principes inclinantur, & dicat: [Deus, cuius ira nemo resistere potest: sub quo curvantur qui portant orbem.] Ac si aperte fateatur dicens: Et subjectos quondam districte deseris, & erectas potestates Gentium misericorditer flectis. Quamvis per hoc quod dicitur: [Sub quo curvantur qui portant orbem.] possint & angelicae virtutes intelligi. Ipsa etenim orbem portant, quae regendi mundi curas administrant; Paulo attestante, qui ait: Nonne omnes sunt administratori spiritus, in ministerium missi propero eos qui hereditatem capiunt salutis? Ait ergo: [Deus, cuius ira nemo resistere potest: sub quo curvantur qui portant orbem.] Ac si humilitatem omnis creatura conficiat, & tremescat dicens: *Quis infirmorum hominum tuis nutritibus obviet, cuius se fortitudini & virtutes angelicae inclinant?* Vel certe, quoniam cum curvantur, superiora non cernimus: erecti essent illi subtilissimi spiritus, si plene potentiam ejus maiestatis attingerent. Sed qui orbem portant, sub Deo curvi sunt: quia divinitatis ejus celstitudinem quamvis sublevati videant, nec virtutes tamen angelicae comprehendunt. Quam vir justus pro infirmitate non penetrans, sed hanc utcumque ex subjectis summorum spirituum ministeriis pensans, ad considerationem se propriam sollicita humilitate recolligit, sibique coram se prae potestate supernae magnitudinis vilescit, dicens: [Quantus ergo sum ego, ut respondam ei, & loquar verbis meis cum eo?] Ac si aperte dicat: Si creatura illa hunc considerare non sufficit quae carne non premitur; qua mente de ejus ego judicis dispiro, qui pondere corruptionis angustor? Sic autem saepe ad nos verba Dei sunt judicia illius, quae nostrorum actuum sententiam loquuntur: ita verba nostra ad Deum, sunt opera quae exhibemus. Sed cum Deo loqui verbis suis homō non yaleat, qui apud subtile ejus judicium, nullam de suis actibus fiduciam tenet. Unde & apte subditur:

Quod ex iustitia non in nobis, sed in Domino gloriandum est.

CAPUT XI.

Qui etiam si habuero quidpiam justum, non respondebo, sed meum judicem deprecabor. Ut enim saepe diximus, omnis humana iustitia injustitia esse convincitur, si districte judiceretur. Prece ergo post iustitiam indiger, ut quae succumbere disculsa poterat, ex sola iudicis pietate convalescat. Quia cum plene à perfectioribus habetur, haberet illa quidpiam dicitur: quia mens humana & comprehensio vix peragit, & valde extrema sunt quae comprehendit. Dicat ergo: [Qui etiam si habuero quidpiam iustum, non respondebo, sed meum judicem deprecabor.] Vel ut si aperte fateatur, dicens: Et si ad opus virtutis

S. Greg. Tom. I.

A tis excrevero, ad vitam non meritis, sed ex venia convalesco. Preci itaque innitendum est, cum recta agimus: ut omne quod justè vivimus, ex humilitate condiamus. Sed plerumque ipsa nostra deprecatio tam multis tentationibus quatitur, ut pene à conspectu judicis repulsa videatur, & saepe hanc creator misericors respicit: sed quia illibatam se ut vult exercere non valer, super se iudicium reprobationis pavet. Unde & subditur: [Et cum invocantem me exaudierit, non credo quid audierit vocem meam.] Plerumque etenim mens divini amoris igne accenditur, atque ad intuenda celestia & arcana sublevatur. Ad summa jam rapitur, & perfecto desiderio compuncta, ab infinitis alienatur: sed repentina temptatione percussa, quae intentione fortis erecta in Deum fuerat, oboris cogitationibus transfixa curvatur; ita ut semetipsum discernere nequeat, atque inter vita virtutisque deprehensa, ex qua parte sit valentior non agnoscat. Nam saepe ad hoc usque perducitur, ut miretur quomodo tam summa comprehendat, quam cogitatio illicita poluit: & rursum quomodo illicitas cogitationes recipiat, quam super se validè fervor spiritus rapit. Quos alterantes cogitationum motus in animo bene Psalmista intuens, ait: Ascendum usque ad ps. 105. celos, & descendendum usque ad abyssos. Usque ad celos quippe ascendimus, cum summa penetramus: sed ad abyssos usque descendimus, cum repente à contemplationis culmine per turpia tentamenta dejectur. Motus itaque animi dum inter vota & virtutia alternant, nimur sibi certitudinem exauditionis obnubilant. Rectè ergo dicitur: [Et cum invocantem me exaudierit, non credo quid audierit vocem meam:] quia mens ex ipsa sua mutabilitate fit trepidata; & per hoc quod nolens patitur, repulsam se abjectamque suscipitur. Liber intueri, vir sanctus quanta se subtilitate djudicat, ne quid in illo divina iudicia reprehendant. Infirmitatem namque suam intuens ait:

Quod Sancti etiam sine causa flagellantur, non ut puniantur, sed ut probentur.

CAPUT XII.

Quantus ergo sum ego, qui respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo?] De iustitia sue meritis non confidens, sed ad solam se spem postulationis conferens, subdit: [Qui etiam si habuero quidpiam justum, non respondebo, sed meum judicem deprecabor.] Sed de ipsa quoque postulatione pavidus adjungit: [Et cum invocantem me exaudierit, non credo quid audierit vocem meam.] Cur tanta circumflexione trepidat, cur tanta sollicitudine formidat, nisi quia terrorem judicis in extrema distinctione considerat, & vim discussionis illius non ferens, omne quod gerit, esse sibi insufficientem penitentiam. Unde & protinus subdit: [In turbine enim conteret me.] Peccator quisque in turbine atteritur, qui erectus in tranquillitate videbaritur: quia quem diu superna longanimitas tolerat, extrema iudicij severitas necat: quae recte turbo dicitur, quia in elementorum commotione revelatur. Psalmista attestante, qui ait: Deus manifestè veniet, Deus noster, & non ps. 49. filebit. Ignis in conspectu ejus ardabit, & in circuitu ejus tempestas valida. Unde & Prophetæ quoque alius dicit: Dominus in tempestate & turbina via ejus. In quo nimur in turbine idcirco iustus nequam conteritur, quia semper hic sollicitè metuit, ne conteratur. Perpendit namque adhuc in praesentis vita itinere constitutus, humanis actibus exactior operum quam distictus appareat; qui quosdam tucreatu culpæ originalis adstrictos etiam sine operibus damnat. Unde recte vir sanctus ex humani generis voce protinus adjungit: [Et multiplicabit vulnera mea etiam sine causa.] Nonnulli

li etenim prius à præsenti luce subrahuntur, quam ad proferenda bona malave merita activæ vitæ perveniant. Quos quia à culpa originis sacramenta salutis non liberant: & hic ex proprio nihil egerunt, & illuc ad tormenta perveniunt. Quibus unum vulnus est, corruptibiliter nasci: aliud, carnaliter emori. Sed quia post mortem quoque æterna mors sequitur, occulto eis iustoque judicio etiam sine causa vulnera multiplicantur. Perperus quippe tormenta percipiunt & qui nihil ex propria voluntate peccaverunt. Hinc namque scriptum est: *Non est mundus in conspectu ejus nec unus dicit infans super terram.* Hinc per semetipsum Veritas dicit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei.* Hinc Paulus ait: *Eramus natura filii ira, sicut & ceteri.* Qui itaque nullum proprium adjungens, ex solo originis reatu perimitur: quid iste in illo extremo examine, quantum ad humani sensus estimationem, nisi sine causa vulneratur? Sed tamen sub divina distinctione justum est, ut propago mortalis, velut infructuosa arbor, & in ramis seruit amaritudinem quam traxit ex radice. Ait ergo: *[In turbine enim contenter me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa.]* Ac si aperte humani generis damna considerans, dicat: *Districtus iudex qua eos animadversione trucidat, quos culpa proprie actionis damnat, si & illos in æternum percutit, quos reatus arbitrii non addicunt.* Quae nimis dicta nec à beato Job dispare specialiter cognoscimus, si hæc quæ verè prolatæ sunt, indagamus. Semetipsum namque subtiliter penfans, atque in omni actione dijudicans, superna distinctionis vim quam sollicitudine pertimescat, insinuat, dicens: *(In turbine enim contenter me.)* Ac si aperte dicat: Idcirco hunc semper & in tranquillitate timet, quia per flagella, qualis in turbine veniat, non ignoro. Quæ flagella scilicet & metens prævidit, & prævidens pertulit. Unde subiungit: *(Et multiplicabit vulnera mea etiam sine causa.)* Ut enim sæpe jam diximus, nequaquam beatus Job percussus est, ut in eo percusso vitium tergeret; sed ut meritum augeret. Vulneratum se itaque sine causa astreniens, hoc de se foris loquitur, quod de illo Veritas in occulto testatur, dicens: *Commovisti me adversus eum, ut affigerem eum frustra.* Vir ergo sanctus superbè non dicit, quod veraciter dicit: nec per hæc verba à reæstitudine discrepat, per quæ à judice non discordat; qui corundem protinus vulnerum continuationem exprimit, cum subiungit: *[Non concedit quæscire spiritum meum, & imples me amaritudinibus.]* Sæpe iustus exercitum virtutis est, sola exteriorùs aduersa tolerare. Sed ut eorum vires certamen plena probationis erudit, hos nonnumquam & foris tormenta lacerant, & intus tentamenta castigant. Unde vir sanctus impletum se amaritudinibus alterit: quia cùm flagella exteriorū tolerat, illud est gravius quod de tentatione adversarij in intimis portat. Sed inter haec mitigat vim doloris, confidata æquitate & potentia ferientis. Unde subiungit: *[Si fortitudo queritur, robustissimus est: si agudas iudicii, nemo audet pro me testimonium dicere.]* Ille quippe vitæ causas examinat, qui has per alienum testimoniū non explorat: quia qui districetus quandoque ostenditur illator pœna, ipse diu tacitus extitit testis culpa. Hinc enim per Prophetam dicitur: *Ego sum index & testis.* Hinc rursum ait: *T acui, semper filii, patiens fui, sicut parturiens loquar.* Parturiens namque cum dolore ejicit, quod diu in abdito cum pondere reportavit. Post longum ergo silentium, sicut parturiens, Dominus loquitur: quia quod apud se nunc tacitus tolerat, in ultione quandoque judicij quasi cum dolore manifestat. Sed requirendum nobis est, iste vir justus, si pro eo testimonium dicere quicquam præsumeret, numquid hunc à reatu liberaret? Et si huic alius testimonium non impedit,

A numquid ad proferendum pro se testimonium saltem ipse convalescit? Sequitur: *[Si iustificare me volero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, pravum me comprobabit.]* Ac si aperte dicat: *Quid de aliis loquar, qui ipse de me testimonium ferre non valco?* Sed quia innocentia tua testificari non sufficiat, numquid hoc ipsum, quia innocentiam habeas, scis? Subdit:

Quanta sit homini in sui cogitatione difficultas, & quid recta que agimus, sciendo nescire debemus.

CAPUT XIII.

Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima nostra.) Plerumque si scimus bona quæ agimus, B ad elationem ducimur: si nescimus, minime servamus. Quis enim aur de virtutis suæ conscientia non quantulum cumque superbiat? Aut quis rursum bonum in se custodiatur, quod ignorat? Sed contra utramque quid superbiat, nisi ut recta quæ agimus, sciendo nesciamus: ut hæc & recta æstimemus, & minima: quatenus & ad custodium sensibet animum scientia rectitudinis, & in tumorem non elever æstimatione minorationis? Sed sunt nonnulla, quæ sciri à nobis facile nequeunt, etiam cum geruntur. Nam sæpe recto studio contra delinquentum culpas accendi- 13 mur: & cum ultra æquitatis metas per iram rapimur, hoc zelum justæ distinctionis æstimamus. Sæpe officium prædicationis assumimus, ut per hoc fraternæ utilitatem serviamus: sed nisi placeamus cui loquimur, nequaquam libenter accipitur quod prædicamus. Cumque placere mens utiliter studeret, ad amorem laudis propriæ turpiter defluit, & qua à captivitate vitorum alios curabat eruire, ipsa suis favoribus incipit captiva servire. Quasi latrunculus quippe est appetitus laudis humana, qui recto itineri gradientibus ex latere jungitur, ut ex occultis educito gladio gradientium vita trucidetur. Cumque proposita utilitatis intentio ad studia privata deducitur, horro modo unum idemque opus culpa peragit, quod virtus inchoavit. Sæpe & ab ipsis exordiis aliud cogitatio expedit, aliud actio ostendit. Sæpe se fidelem sibi nec ipsa cogitatio exhibet: quia aliud ante oculos mentis verfat, & longè ad aliud ex intentione festinat. Nam plerumque nonnulli terrena præmia appetunt, & iustitiam defendunt: seque innocentes æstimant, & esse defensores rectitudinis exultant. Quibus si spes nummi subtrahitur, à defensione protinus justitia cessatur: & tamen defensores justitia se cogitant, sibique se rectos asserunt, qui nequaquam rectitudinem, sed nummos querunt. Contra quos bene per Moyensem dicitur: *Injuste, quod justum est, exequaris.* Injuste quippe, quod justum est, exequitur, qui ad defensionem justitiae non virtutis æmulatione, sed amore præmij temporalis excitatur. Injuste, quod justum est, exequitur, qui ipsam quam prætendit justitiam venundare minimè veretur. Juste ergo justum exequi, est in assertione justitiae eandem ipsam justitiam querere. Sæpe recta agimus, & nequaquam præmia, nequaquam laudes ab hominibus expectamus: sed tamen mens in sui fiduciā erecta, his, a quibus nihil expedit, placere contemnit, eorum judicia despicit, seque malè liberam per abrupta elationis rapit; & inde sub vitiis pejus obruitur, unde quasi de viciis virtutis nullis se appetitionibus subjaceat gloriatur. Sæpe dum nosmetipso plus justo discutimus, de ipso discretionis studio indiscretius erramus, & mentis nostræ acies quod plus cernere nititur, obscuratur: quia & qui importunè Solis radios aspicit, tenebret: & inde nihil videre compellitur, unde videret amplius conatur. Quia igitur ab inquisitione nostra torpentes nos omnino nescimus, aut si subili nos discussione requirimus, plerumque inter vitia virtutis que caligamus; recte nunc

Hab. 3. c dicitur: [Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.] Ac si aperte diceretur: Conditoris contra me iudicia qua temeritate redarguo, qui ipsum me ex infirmitatis caligine ignoro? Unde bene per Prophetam dicitur: *Dedit abyssus vocem suam ab altitudine phantasie sue.* Abyssus quippe phantasie altitudinem portat, cum humanus animus immensa cogitatione caliginosus, semetipsum etiam discutiendo non penetrat. Sed ab hac altitudine vocem dare est; quia dum se reprehendere non potest, cogitur in admirationem consurgere: ut eod perferatur non audiat, quod super ipsum est; quod incomprehensibilitatem suam ipse cogitans, non valet inventire quod est. Sed iustorum corda, quia ad perfectum se examinare nequeunt, a gręe hoc exiliū cætitatis ferunt. Unde & bene subditur: [Et te debet me vita mea.] Tædet iustum vivere, quia & operando vitam non desinit querere; & tamen ejusdem vita sua meritum non valet inventire. Libram quippe examinis à finu intimæ æquitatis trahit; & inde in se erga effectum inventionis deficit, unde super se raptus ad vim inquisitionis exreficit. Sed est consolatio nostræ caliginis reducens ad animum justa & incomprehensibilis potentia conditoris: quia & iniros sine ultiōne non deferit, & restorum iustitiam incomprehensibilitatis immensitate transcendent. Unde & apte subjungitur:

Quod iudicium divinum nec peccator, nec iustus effugiat, & quantilibet iusti simplicitas fuerit, ipsa divine magnitudinis simplicitate superetur.

CAPUT XIV.

*V*NUM est quod locutus sum & innocentem & impium ipse consumit.] Innocens à creatore consumitur; quia quantumlibet ejus simplicitas fuerit, divina magnitudinis simplicitate devoratur. Quamvis enim simplicitatem studiosè servemus, ex consideratione tamen intimæ puritatis ostenditur, quod hæc ipsa quam agimus, simplicitas non sit. Impius quoque à conditore consumitur, quia Deo cuncta mirabiliter ordinante, ipsis suis versutiis ejus impietas ligatur. Nam inde se supplicans & nesciens implicat, unde se aliquid facere scienter exultat. Quia igitur omnipotens Deus & bonorum innocentiam * simplicitatemque superat, & malorum astutiam penetrans damnat, recte nunc dicitur: [Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit.] Ac si aperte diceretur: Hoc apud me verbum cogitatione protuli; quia nec innocens, si distractè discutior apparebo; nec impius, si apud me latere volero, à superni examinis acumine abscondor: quoniam distractus iudex cuncta comprehendens, occulta malitia mirabiliter penetrat, & suis hanc inventionibus bene ordinans damnat. Vel certè & innocentem & impium ipse consumere dicitur: quia quamvis in meritis vita divisi sint, prima tamen culpæ merito æquæ ad carnis interitum pertrahuntur. Unde & per Salomonem dicitur: *Moritur doctus similiter ut indoctus.* Et rursum: *Cuncta substantia vanitati, & omnia pergunt ad unum locum: de terra facta sunt, & in terram pariter revertuntur.* Sequitur:

Quid cùm Sancti à pressuris liberari desiderant, Deus in eorum patientia & mortificatione delectatur.

CAPUT XV.

*S*i flagellat, occidat semel, & non de pœnæ innocentium rideat.] Quis hæc non per superbiam prolatâ crederet, nisi sentientiam iudicis audiret, qui ait: *Non esis locutus coram me rectum, sicut seruus meus Iob?* Restat ergo, ut nullus auctoris ver-

S. Greg. Tom. I.

Aba reprehendere audeat, quæ constat quia iudex laudat. Sed tanto in intimis suis cautius subtilius que rimanda sunt, quanto durius foris sonant. Vir etenim sanctus humani generis damna considerans, unde & quod venerint pensans, quod homo, pollicente adversario, boni malique scientiam appetens scire, perdidit etiam semetipsum, ita ut veraciter dicat: [Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea:] quod post expulsionis pœnam flagella quoque corruptionis sustinet, & adhuc ad carnem, vel certè ad mentis interitum etiam post tormentum tendit, ut recte dicat: [Et innocentem & impium ipse consumit.] Mediatoris contra hæc gratiam requirit, dicens: [Si flagellat, occidat semel.] Nos enim quia & à Deo mente recessimus, & carne ad pulvrem redimus, pœna duplæ mortis adstringimur. Sed venit ad nos qui pro nobis sola carne moreretur, qui simplam suam duplæ nostræ jungeret, & nos ab utraque morte liberaret. De qua per Paulum dicitur: *Quod autem mortuus Rom. 6. b est, peccato mortuus est semel.* Damna ergo vir sanctus nostræ corruptionis aspiciat, & unam, quæ duas nostras destruat, mortem mediatoris querat, atque hanc desiderans, dicat: [Si flagellat, occidat semel.] Sed ecce quasi humilitati renitent, quod protinus subinfertur: [Et non de pœni innocentium rideat.] Quod tamen valde humilium sine difficultate cognoscimus, si humili hoc mente penamus. Cunctis etenim liquet, quod omne desiderium pœna est, cum differtur; Salomone quoque attestante, qui ait: *Spes tua difficit affligit animam.* Ridere autem Dei, est humanæ nolle afflictioni misereri. Unde per Salomonem rursum Dominus reprobis in culpa durantibus dicit: *Ego quoque in inferitu vestro ridebo;* id est, afflictioni vestra nulla pietate compariat. Ante Redemptoris igitur adventum, pœnam suam electi omnes habuerunt: quia auctuante desiderio, incarnationis ejus mystrium videre cupierunt; ipso attestante, qui ait: *Multi, dico vobis, iusti & propheta voluerunt vide-re qua vos videris, & non viderunt.* Pœna itaque innocentium, fuit desideria iutorum. Quousque ergo electorum suoru[m] vota Dominus non compatiens distulit, quid aliud quam innocentum pœnas risit? Itaque vir sanctus venturi Redemptoris dona considerans, & votorum suorum dilatationem graviter tolerans, dicat: [Si flagellat, occidat semel, & non de pœni innocentium rideat.] Ac si aperte exoret, dicens: *Quia vita nostra quotidie flagello vindictæ pro culpa attèritur, ille jam veniat, qui pro nobis semel sine culpa moriatur: ut de innocentium pœni Deus ultra non rideat, si ipse carne passibilis appareat, in cuius se desideriis mens nostra castigat.* Vel certè si rism Dei, ejus letitiam appellat, de innocentium pœni ridere Dominus dicitur, quia quod à nobis ardentiū queritur, eò de nobis suavius latatur. Quasi quoddam quippe ei ex pœna gaudium facimus, cum per sanda desideria pro ejus nos amore castigamus. Hinc Psalmista ait: *Constituite diem solemnum in conrequentationibus, usque ad cornu altaris.* Solemnem namque Domino diem in conrequentationibus constituit, quisquis se affidet in ejus desiderio afflit. Qui nimirum solemitatis dies usque ad altaris cornu rendi præcipitur: quia tamdiu necesse est ut quisque se afficiat, quoque ad superni sacrificij altitudinem, id est, ad æternæ gaudia pertingat. Justus igitur vir, quia impleri desiderium suum appetit, non differti, humilierit dicit: [Non de pœni innocentium rideat.] Ac si aperte diceret: Vota nostra libenter accipiens, ultræ non differat, sed ostendendo exhibeat eum, qui nos in sua expectatione castigat. Quia vero eum specialiter beatus Job occidi semel petivit, qui carnis solus mortem in mundi pro nobis sine toleravit: protinus aperit, qui ipsum

Prov. 13

Luc. 10

Ps. 117. d

quoque ordinem ejus passionis adjungit, dicens: *[Terra data est in manus impij, vultum iudicium ejus operit.]* Quid namque terra nomine, nisi caro exprimitur? Quis appellatione impij, nisi diabolus designatur? Hujus impij manus fuerunt hi, qui in Redemptoris nostri morte graffati sunt. Terra itaque data est in manus impij, quia antiquis hostis Redemptoris mentem corrumpere per se tentando non valuit: sed ejus carnem per suos satellites ad triduum permisus extinxit; & dispensationem superna pietatis nesciens, ex hac ipsa permissione servivit. Tribus enim Redemptorem nostrum temptationibus pulsans, cor Dei temerare non valuit. Sed cum Jude mentem ad mortem carnis ejus excitavit, eumque ei cohortem, atque a Pontificibus & Phariseis ministros tradidit, nimur iste impius manus ad terram retendit. Hujus terra judices, sacerdotes & principes, Pilatus atque illusores multes fuerunt. Iste itaque impius vultum iudicium ejus operuit, quia corda persequentium, ne auctorrem suum cognoscerent, malitia nubilo velavit.

2 Cor. 3. Unde & per Paulum dicitur: *Vtque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen est possum super eorum.* Qui rursus ait: *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloria crucifixissent.* Vultus ergo iudicium opertus extitit, quia mens persequentium eum, quem carne tenere potuit, Deum nec per miracula agnovit. Quia vero antiquis hostis cum iniquis omnibus una persona est: sic plerumque Scriptura sacra de iniquorum capite, id est, dialolo loquitur, ut repente ad ejus corpus, id est, ad sequaces illius derivetur. Potest ergo nomine impij, infidelis ac persecutor populus designari, cui & hoc congruit omnino, quod subditur: *[Quod si non ille est, quis ergo est?]* Ac si aperte diceretur: Quis unquam impius esse putandus est, si ille populus, qui ipsam pietatem persecutus est, impius non est? Sed considerata vir sanctus Judaicae plebis perfidia, ad semetipsum mentis oculos revocat: dolet quod videre nequeat, quem amat: meroe afficitur, quia ex praesenti mundo ante subtrahitur, quam salus mundi reveletur. Unde & subdit:

Quod antiqui patres fuerint quasi portatores pomorum, pronunciantes Christum, & odorem Evangelij futuris gentibus porrigitentes.

CAPUT XVI.

*D*ies mei velociores fuerunt cursori: fugerunt, & non viderunt bonum.] Cursori quippe officium est secutura nunciare. Omnes igitur electi, qui ante adventum Redemptoris orti sunt, quia hunc aut* audiendi tantummodo, aut etiam loquendo nunciariunt, quidam quasi in mundo cursori fuerunt. & quia ante prestolatum Redemptoris tempus se subtrahi praevident, transire se cursori velocius dolent; dieque suos esse breves ingemiscunt, quius ulque ad videndum Redemptoris lucem minime tenduntur. Unde aperte dicitur: *[Fugerunt, & non viderunt bonum.]* Omnia que creata sunt, bona sunt; Moys attestate, qui ait: *Vidit Deus cuncta quae fecerat, & ecce bona valde.* Sed hoc solum bonum principaliter bonum est, per quod haec omnia bona sunt, que bona non principaliter existunt. De quo bono Veritas per Evangelium dicit: *Nemo bonus, nisi solus Deus.* Quia igitur antiquorum patrum prius dies finiti sunt, quam mundo Deus in carne monstraretur, recte de eisdem diebus dicitur: *[Fugerunt, & non viderunt bonum.]* Ac si aperte diceretur: Ante expectatum tempus elapsi sunt, quia ad Redemptoris presentiam pervenire nequierunt. Unde & adhuc subditur: *Petransierunt quasi naves poma portantes.* Hi qui poma deferentes maria transirent, ipsi quidem fructum odore perfuerunt, sed eorumdem fructum aliis

A cibos ferunt. Quid igitur antiqui patres, nisi naves poma portantes extiterunt? Qui divinae incarnationis mysterium prophetantes, ipsi quidem specie odore potiti sunt, sed nobis fructum de ejusdem specie perfectione detulerunt. Quod enim illi expeditando odorati sunt, hoc nos cernendo & percipiendio satiamur. Vnde & Redemptor iisdem discipulis dicit: *Alij laboraverunt, & vos in labores eorum in rebus vestris.* Quorum videlicet dies comparantur natus, quia decurrunt: & recte poma portantibus; quia electos omnes, quos ante Redemptoris presentationem gestavérunt, per prophetias valuerunt spiritum expectatione refovere, non autem manifesta exhibitione reficere. Vel certe, quia naves cum poma portant, haec paleis admiscent, ut ad terras illas perducant: recte patrum praecedentium dies describuntur navibus poma portantibus similes, quia antiquorum dicta in eo quoddam mysteria spiritualis vita denunciant, per infusam hac historiae stipulam servant, & opertum nobis fructum spiritus deferunt, cum carnalia loquuntur. Sæpe namque dum quadam narrant propria, ad divinitatis elevantur arcana. Qui crebro etiam cum altitudinem divinitatis aspiciunt, ad incarnationis ejus mysterium reportare funduntur. Unde adhuc aptè subiungitur: *[Sicut aquila volans ad escam.]* Moris quippe est aquila, ut irreverberata acie radios Solis aspiciat: sed cum refectionis indigentia urget, eamdem oculorum aciem, quam radiis Solis infixerat, ad respectum cadaveris inclinat: & quamvis ad alta evolet, profundam tamen carnis terram pettit. Sic videlicet, sic antiqui patres fuerunt, qui in quantum humanitatis infirmitas admitebat, creatoris lucem erecta mente contemplati sunt: sed incarnandum hunc in mundi fine praescientes, quasi a solis radiis ad terram oculos deflexerunt. Et quasi de summis ad ima venient, dum hunc Deum supra omnia, & hominem infra omnia agnoscunt. Quem pro humano genere dum passurum moritumque conspicunt, qua scilicet morte semetiplos refici, atque reformari ad vitam noverunt, quasi more aquila post contemplatos Solis radios in cadavere ecam querunt. Liber spectare aquilam Solis radios intuentem, quæ ait: *Deus fortis, pater fuuii Esai. 9. b faculi, princeps pacis.* Sed ab alto volatu celistinus ad terras veniat, ecam cadaveris inferius inquirat. Paulus post etenim subdit, dicens: *Dicitur Esai. 13. b plena pacis nostra super eum, & libore ejus sanati sumus.* Et rursus: *Et homo est, & quis cognoscet Hier. 17. cum?* Sublevata ergo in divinitate mens justi, cum sec. LXX. dispensatio gratiam ex ejus carne confidet, quasi a summis repente, ut aquila ad ecam volat. Sed ecce ille Israëliticus populus immenso dum prophetia spiritu infusus, ejusdem prophetæ dona perdidit, atque in ea fide, quam prævidendo nunciaverat, non permanxit; & a se Redemptoris presentiam negando repulit, quam cunctis se frequentibus prænuntiando declaravit. Unde & aperte protinus per compassionem ad eorum quoque duritiam sermo convertitur, atque ab eis quomodo prophetia gratia subtrahatur, indicatur. Nam subditur: *[Cum dixero, Ne quaque ita loquar, communio faciem meam, & dolore torqueor.]* Plebs quippe Judaica loqui ut prius noluit, que eum quem prædixerat, negavit. Sed commutata facie torqueatur dolore, quia dum interni sui hominis aspectum, quia agnoscere conditor poterat, fœditate perfida polluit, a presentibus malis incipiens, sub eterna ultione se damnavit. Quasi enim commutata facie, ab auctore non cognoscitur, quæ perita bona conscientia fide reprobatur. Sed nimur restar, ut suppliciorum dolor torqueat, quam suus non cognoscens conditor ignorat. Quia igitur haec sub Redemptoris nostri significatione transcurrimus, nunc moraliter discutiendo replicamus. *[Dies mei velociores*

*fuerunt cufiore: fagerunt, & non viderunt bonum.] A
Sicut sepe jam diximus, sic primus homo conditus
fuit, ut per augmenta temporum tendi posse ejus
vita tuncummodo, non evolvi: sed quia sponte ad
culpam decidit, quo attigit vetitum, pertulit de-
cursum, quem nunc homo præsentis vita desiderio
oppreſſus, indeſinenter & tolerat & optat. Ne enim
finatur, vivere appetit: fed per augmenta vita quo-
tidie ad finem tendit. Nec deprehendi valet, in-
cremente temporum quam nulla fint, nisi cum repente
transfacta * finiuntur, quaenam longa videban-
tur. Vir igitur sanctus statum sua conditionis afpi-
ciat, & ex humani generis voce damna decurſus
ingemſcat, dicens: [*Dies mei velociorū fuerunt
cufiore: fagerunt, & non viderunt bonum.*] Ac si
aperte dicat: Ad hoc homo conditus fuit, ut bonum,
quod Deus est, videre potuſſet: sed quia stare ad
lucem noluit, fugiendo oculos amifit: quia quo per
culpam coepit ad ima decurrere, eò cœtitatem per-
tulit, ne intimum lumen videret. De quibus adhuc
diebus aperte subjungitur: [*Perranserunt quasina-
ves poma portantes.*] Naves cum poma portant,
fructus terra videlicet per fluctus ferunt. Terra ve-
rò hominis paradisus extitit, qua hunc incon-
ſum tenere potuit, si per innocentiam stare voluſſet.
Sed quia ad mutabilitatis undas per culpam cecidit,
ad præsentis vita maria post terram venit. Poma
etiam terra hujus fuerunt mandati sermo, conſessa
possibilitas operis, naturæ indita intelligentia con-
ditoris. Sed haec poma quæ edere in terra renuiimus,
per maria portamus: quia conceſſa bona tot mune-
rūm inconſuſi cultidore in paradise noſtimus, &
ſervare nunc in tentationibus conanur. Tendentes
ad terminum, aurā vita præsentis impellimur, mu-
tabilitatis noſtra flūctu fatigamur. Sed quia per
crucis mysterium ad ingenitā naturā bona reſtrin-
gimur, quaſi per lignum poma portamus. Quod
tamen intelligi & aliter potest: Naves etenim cum
poma portant, ſuavitatem odoris habent, ſed gra-
vitatem ponderis non habent. Et humanum genus
à paradise gaudis expulſum, vim contemplationis
perdiſit, robur condite fortitudini amifit: cum
que ad ſuperiora repetenda ſe erigit, fragrat quidem
odore memoriae, ſed digna non exerit pondus vitaे.
Pomorum ergo odoribus repletur, & tamen huic
illucque leviter mentis noſtræ navis impelliſt: quia
& paradise celſtudem cum odoris recordatione me-
minimus, & importunos tentationum fluctus ex
earne toleramus. Unde & aperte subjungitur: [*Si-
ent aquila volans ad escam.*] Aquila etenim alto
valde volatu ſuſpenditur, & adnifiſi p̄petui ad
æthera libratur; ſed per appetitum ventris terras
expetit, ſequē ſublimibus reperente deorūm fundit.
Sic ſic humanum genus in parente primo ad
ima de ſublimibus corruit, quod nimirum condi-
tionis ſuę dignitas in rationis celſtudine quaſi in
aëris libertate ſuſpenderat: ſed quia contra precep-
tum, cibum ventum contigit, per ventris concu-
pifcentiam ad terras venit: & quaſi poſt volutum
carnibus pacit, quia illa libera contemplationis
inspiracula perdidit, & deorū corporeis volup-
tabus latratur. Sicut ergo aquila volans ad escam,
dies nostri velociter tranſeunt: quia quo imma peti-
mus, eò ſuſtineret in vita prohibemur. Sed cum
haec ante mentis oculos continua cogitatione revol-
vimus, duris taciti quæſitionibus urgemur, cur
omnipotens Deus condidit quem peritum eſſe
præſcivit: cur is, qui ſummè potens & ſummè bo-
nus eſt, nequaquam voluit hominem talem facere,
qui perire non poſſet? Cum verò hæc tacita mens
interrogat, pavet, ne ipſo interrogatioſi auſu in ſu-
perbiā erumpat, ſequē humiliter comprimit, & co-
gitationes ſuas reſtringit. Sed eò gravius affligit,
quod inter mala quaſi ſuſtinet, etiam de conditionis
ſuę abſcondito intellectu cruciatur. Unde hic quo-*

* al. fuc-
tint.
24. que aperte ſubjugitur: [*Cum dixerō, Nequānam ita
loquar; commuo faciem meam, & dolore torqueor.*] Nequānam quippe nos ita debet loqui dicimus,
cum noſtræ infirmitatis modum ex inquisitione
tranſeunteſ, noſinfectiſ pavore reprehendimus,
& ſupernæ reverentia consideratione refrānamus.
In qua refrānatione ſcīcet mentis noſtræ facies
commutat: quia qua prius non capiens audenter
ſumma requirebat, infirmitatē ſuam poſtmodiū
agnoscens, venerari inchoat, quod ignorat. Sed
in ipſa commutatione dolor eſt, quia valde affli-
git, quoniam prime culpa merito ad intelligentia
ea qua de ipſa ſunt, cœatur: quæ patitur, iusta
eſte confidat: pavet, ne in dolore per licentiam
locutionis excedat: ori silentium indicit, ſed exci-
tatus dolor eo ipſo, quo reſtringit, augetur. Di-
cat ergo: [*Cum dixerō, Nequānam ita loquar;
commuo faciem meam, & dolore torqueor.*] Quia
tunc gravius plerumque affligimur, cum quaſi per
confolationis ſtudium, afflictionis noſtræ nobis co-
natur mala levigare. Sed quiſquis iam ſubtiliter
parentis priui damnatione propagata, humani ge-
neris damna conſiderat, ſupereſt ut hiſ adjungere
propria metuat. Unde vir sanctus poſtquam com-
muua iuſtit, repente ſpecialia ſubjugit, di-
cens:

*Quantum timere debeat qui ſcienter peccat, cum Job
tantis virtuum teſtimoniis approbat, ſuag opera
vereatur: & quod fraſus tribus moſis commit-
tatur.*

CAPUT XVII.

Verebar omnia opera mea, ſciens quid non par-
ceres delinquenti.] Quæ beatus Job opera
exercuit, ſacra hujus historia ſextus oſtendit. Ho-
locauſtiſ quippe multiplicibus auctōrem placare
ſtuduit; quia juxta filiorū numerum, ut ſcrip-
tum eſt, conſurgens diluculō, offerebat holocausta ^{1ob. i. 4}
per ſingulos; eoque non ſolū ab immundis acti-
bus, ſed à prava quoque cogitatione mundabat.
De quo, Scriptura reſte, perhibetur: *Dicebat
enim: Ne forte peccaverint filii mei, & benedix-
rent Deo in cordebus suis.* Affectum ergo compa-
ſionis exercuit; quia ipſe de ſe amicorum quæſioni-
bus exaetus, dicit: *Flebam quondam ſuper eum qui
afflixit erat.* Ministerium pietatis impedit, qui
ait: *Oculis fui caco, & pes clando.* Caſtitatis mun-
ditiam in corde cuſtodiuit, qui obteſtando ſe ape-
ruit, dicens: *Si deceptum eſt cor meum ſuper mulierem.* ^{1ob. 29. c}
^{1ob. 31. b} Humilitatis culmen medullitus tenuit, qui
dicit: *Si contempti judicium ſubire cum ſervo meo
& ancilla mea, cum diſceptarent adverſum me.* Be-
neſtia largitatis impedit, qui ait: *Si comedit bu-
cellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea.*
Et rurſum: *Si non benedixerunt mihi latera ejus, &
de velleribus oviuum mearum calefactus eſt.* Gratiam
hospitalitatis exhibuit, qui dicit: *Foris non man-
fi peregrinus, oſtium meum viatori paui.* Et inter
haec ad virtutum cumulum per excellentiorem viam
charitatis, & inimicos dilexit, qui ait: *Si gavisus
sum ad ruinam ejus qui me oderat.* Et rurſum: *Non
enim dedi ad peccatum guttū meū, ut expeterem
male dicens animam ejus.* Quid ergo vir sanctus ſuę
opera verebat, qui illa ſemper exhibuit, ex qui-
bus placari Deus erga iniquitates ſolēt? *Quid ergo
eſt quid mira opera faciens, hac ipſa etiam vereatur
pavens,* cūm dicit: [*Verebar omnia opera mea;*] ^{ibid.}
niſi quid in ſancti viri actibus verbisque colligimus,
ut ſi placere Deo veraciter cupimus, poſtquam per-
verſa ſubigimus, ipſa in nobis etiam bene geſta ti-
meamus? Duo quippe ſunt, qua in bonis operibus
neceſſe eſt ut ſtudioſe formidentur, deſidia videli-
cet, & fraſus. Unde & per Prophetam apud vetu-
ſam translationem dicitur: *Maledictus omnis, qui* ^{26.} *Hier.* ^{48.}

S iij

facit opus Dei fraudulenter & desidiosè. Sed sciendum magnopere est, quia desidia per torporem nascitur, fraus per privatam dilectionem. Illam namque minor Dei amor exaggerat, hanc autem male mentem possidens, proprius amor creat. Fraudem quippe in Dei opere perpetrat, quisquis semetipsum inordinate diligens, per hoc quod rectè egredit, ad remuneratio[n]is transitoria bona festinat. Scindum quoque est, quod tribus modis fraus ipsa committitur, quia per hand proculdubio aut tacita cordis humani gratia, aut favoris aura, aut res quælibet exterior desideratur. Quòd contraria recte de justo per Prophetam dicitur: *Beatus qui exxit manus suas ab omni munere.* Quia enim non solum fraus in acceptione pecuniae est, manus proculdubio unius non est. Tres vero sunt acceptiones munerum, ad quas ex fraude festinatur. Munus namque à corde, est caprata gratia à cogitatione. Munus ab ore, est gloria perfavorem. Munus ex manu, est præmium per dationem. Sed iustus quisque ab omni munere manus exxit, quia in eo quod rectè agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec à manu recipere donationem querit. Solus ergo in Dei opere fraudem non facit, qui cùm ad studia bona actionis invigilat, nec ad corporalis rei præmia, nec ad laudis verba, nec ad humani judicij gratiam anhelat. Ipsa igitur bona nostra, quia infidantis culpæ evadere gladium nequeunt, nisi sollicito quotidie timore muniantur, per sanctum virum nunc rectè dicitur: [*Verebar omnia opera mea.*] Ac si humili confessione diceretur: Quæ aperte egredit, video: sed quid in his latenter pertulerim, ignoro. Sæpe enim bona nostra latrocinianti fraude depereunt, quia rectis le nostris actibus concupiscentiae terrena subiungunt. Sæpe desidia interveniente deficiunt, quia à fervore quo cœpta sunt, frigescente amore tabescunt. Quia ergo culpæ subreptio vel in ipso virtutis actu vix vincitur: quid ad securitatem supereat, nisi ut studiosè semper, & in virtute timeatur? Sed post hæc valde scrupulosum cordi se objicit, quod subiungit: [*Sciens quod non parceres delinquenti.*] Si enim delinquenti non parcitur, quis ab æternâ morte eripitur, cùm à delicto mundus nemo reperitur? An penitenti parcit, & delinquenti non parcit? Quia cùm delicta plangimus, nequaquam jam delinquentes sumus. Sed quid est quod Petrus cùm Redemptoris nomen in terra conaretur extinguere, ejus verba de celo meruit audire? Sed tamen culpa in utroque punita est: quia & de Petro, teste Evangelio, scriptum est: *Recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat: & egressus foras, flevit amare.* Et de Paulo hæc eadem, quæ hunc vocavit, Veritas dicit: *Ego ostendam ei, quanta eum oporteat pro nomine meo pati.* Delinquenti ergo Dominus nequaquam parcit, quia delictum sine ultione non dererit. Aut enim ipse hos homines in se penitentem punit, aut hoc Deus cum homine vindicans, percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus sine vindicta laxatur. Sic David audire post confessionem meruit: *Dominus transstulit peccatum tuum.* Et tamen multis post cruciatibus afflictus ac fugiens, reatum culpæ quam perpetraverat, exolvit. Sic nos salutis unda à culpa primi parentis absolvimur: sed tamen reatum ejusdem culpa diluentes, absoluti quoque adhuc carnaliter obimus. Bene ergo dicitur: [*Sciens quod non parceres delinquenti,*] quia delicta nostra sive per nos, sive per semetipsum refecat, etiam cùm relaxat. Ab electis enim suis iniuritatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuum non vult vindicare. Sed sepe mens dum plus justo trepidat, dum pavore quatitur, dum sinistris suspicionibus urgetur, tædet hanc vivere, quæ se ad vitam vel per labo-

*luc. 22.
8.
Act. 9.
Euseb.
vius in
lib. 2.
Reg. c.
8. De
penit.
diss. 1.
cap. si
peccati.
2. Reg.
12. a.*

A res ambigit pervenire. Unde & subsequenter adiungitur:

Quod sancti viri ita incerti sunt, ut confidant: ita confidunt, ut tamen ex securitate non torpeant.

CAPUT XVIII.

Sicut autem & sic impius sum, quare frustra laboravi? Si enim remota pietate discutimur, opus nostrum poena dignum est, quod remunerari præmiis prætolamur. Vir igitur sanctus sub occulto iudicio trepidans, dicit: [*Si autem & sic impius sum, quare frustra laboravi?*] Non quod hunc laborasse pœnitit; sed quod incertus esset de præmiis, & inter labores dolet. Scindum vero est, quod viri sancti ita incerti sunt, ut confidant; atque ita confidunt, ut tamen ex securitate non torpeant. Quia ergo plerumque mens & impensa rectis actibus trepidat: refat, ut postquam bonum opus agitur, lacrymæ expiationis exquirantur, quatenus ad æterna præmia meritum recti operis subveniat humilitas postulationis.

Quod quantilibet munditia sancti fulgeant, tamen ex hoc corpore quod corruptitur, in quo sunt, abominabiles se iudicant, concupiscentiarum foribus, sine quibus non sunt, immundos se reputant.

CAPUT XIX.

*Si d tamensciendum est, quia mundos nos ad perfectum reddere, vel vita, vel lacrymæ non valent, quousque nos mortalitas nostra corruptionis tenet. Unde & aptè subiungitur: [*Si lotus fuerit quasi aquis nivis, & fulserint velut mundissima manus mea & tamen foribus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.*]* Aquæ enim nivis, sunt lamenta humilitatis. Quæ profectè humilitas, quia ante districti judicis oculos ceteris virtutibus præminet, quasi per magni meriti colorem condet. Sunt namque nonnulli qui lamenta habent, sed humilitatem non habent: quia afflitti plangunt; sed tamen in ipsis fletibus vel contra proximorum vitam superbiunt, vel contra ordinationem conditoris erguntur. Hi nimur aquas habent, sed nivis aquas non habent: & mundi esse nequeunt, quia humilitatis fletibus minimè lavantur. Aquis autem nivis à culpa se laverat, qui confidenter dicebat: *Cor contritum & humiliatum Deus non spernit.* Qui enim lamentis affliguntur, sed murmurando rebellis sunt, mentem quidem conterunt, sed humiliari contemnunt. Quamvis aquæ nivis intelligi & aliter possint. Aqua enim fontis & fluminis ex terra oritur, aqua vero nivis ex aere proruit. Et sunt plerique, qui per orationum lamenta se cruciant, sed tamen totis lamentorum laboribus ad solam terrena desideria exudant: compunguntur in precibus, sed felicitatis transitoria gaudia exquirunt. Hos itaque nivis aqua non abluit, quia eorum fletus ab imis venit. Quasi enim ex terra aqua perfusi sunt, qui pro terrenis bonis in precibus compunguntur. Qui vero idcirco plorant, quoniam præmia æterna desiderant, aqua nivis hos diluit, quia cælestis compunctionis infundit. Nam cùm perennem patriam per lamenta appetunt, ejusque accensi desiderii plangunt, à summis accipiunt, unde mandentur. Per manus autem quid aliud, quam opera designantur: Unde quibusdam per Prophetam dicitur: *Manus vestra sanguine plena sunt; idest, opere crudelitatis. Notandum vero, quod vir sanctus non ait: Fulserint mundissime manus meæ; sed, velut mundissime manus meæ.*] quia quousque poena corruptionis adstringimur, quamlibet rectis operibus insidemus, veram munditiam nequaquam appre-

Ps. 50. c
Ez. 1. 4

E D tamen sciendum est, quia mundos nos ad perfectum reddere, vel vita, vel lacrymæ non valent, quousque nos mortalitas nostra corruptionis tenet. Unde & aptè subiungitur: [*Si lotus fuerit quasi aquis nivis, & fulserint velut mundissima manus mea & tamen foribus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.*] Aquæ enim nivis, sunt lamenta humilitatis. Quæ profectè humilitas, quia ante districti judicis oculos ceteris virtutibus præminet, quasi per magni meriti colorem condet. Sunt namque nonnulli qui lamenta habent, sed humilitatem non habent: quia afflitti plangunt; sed tamen in ipsis fletibus vel contra proximorum vitam superbiunt, vel contra ordinationem conditoris erguntur. Hi nimur aquas habent, sed nivis aquas non habent: & mundi esse nequeunt, quia humilitatis fletibus minimè lavantur. Aquis autem nivis à culpa se laverat, qui confidenter dicebat: *Cor contritum & humiliatum Deus non spernit.* Qui enim lamentis affliguntur, sed murmurando rebellis sunt, mentem quidem conterunt, sed humiliari contemnunt. Quamvis aquæ nivis intelligi & aliter possint. Aqua enim fontis & fluminis ex terra oritur, aqua vero nivis ex aere proruit. Et sunt plerique, qui per orationum lamenta se cruciant, sed tamen totis lamentorum laboribus ad solam terrena desideria exudant: compunguntur in precibus, sed felicitatis transitoria gaudia exquirunt. Hos itaque nivis aqua non abluit, quia eorum fletus ab imis venit. Quasi enim ex terra aqua perfusi sunt, qui pro terrenis bonis in precibus compunguntur. Qui vero idcirco plorant, quoniam præmia æterna desiderant, aqua nivis hos diluit, quia cælestis compunctionis infundit. Nam cùm perennem patriam per lamenta appetunt, ejusque accensi desiderii plangunt, à summis accipiunt, unde mandentur. Per manus autem quid aliud, quam opera designantur: Unde quibusdam per Prophetam dicitur: *Manus vestra sanguine plena sunt; idest, opere crudelitatis. Notandum vero, quod vir sanctus non ait: Fulserint mundissime manus meæ; sed, velut mundissime manus meæ.*] quia quousque poena corruptionis adstringimur, quamlibet rectis operibus insidemus, veram munditiam nequaquam appre-

hendimus, sed imitamus. Unde & aptè subjungi-
tur: [Tamen sordibus intinges me.] Deus nos sordi-
bus intingere dicitur, intinctos sordibus demon-
strare: quia quād ad illum verius per bona opera
surgimus, tanto subtilius vita nostra sordes agnoscim-
us, quibus ab ejus munditia discordamus. Ait ergo: [Si lotus fuero quasi aquis nivis, & fulserint
velut mundissime manus meæ; tamen sordibus intin-
ges me.] Ac si aperte dicat: Quamvis lamenti superna
complunctionis infundar, quamvis per studia
recta operationis exercear: in tua tamen munditia
video quia mundus non sum. Intentam quippe Deo
animam ipsa adhuc corruptibilis caro diverberat,
ejusque amoris pulchritudinem obscenis & illicitis
cogitationum motibus fœdat. Unde & subditur:

[Et abominabuntur me vestimenta mea.] Quid enim
vestimenti nomine, nisi hoc terrenum corpus exprimit,
quod induita anima tegitur, ne in subtilitas
sue substantia nuda videatur? Hinc etenim Sa-
lomon ait: Omni tempore sint vestimenta tua candida;
idest, membra corporis à sordidis actibus mun-
da. Hinc Esaïas ait: Vestimentum mixtum sanguine,
erit in combustionem. Sanguine quippe vestimentum
miserere, est desiderii carnalibus corpus inquinare.
Quibus nimurum se pollui Psalmista formidaverat,
cūn dicebat: Liberame de sanguinibus Deus, Deus
salutis mea. Hinc vox Angeli ad Joannem dicitur:

Apoc. 3. a Habis pacan nomina in Sardis, que non inquinaverunt
vestimenta sua. More autem sacri eloquij, ve-
stimenta nostra nos abominari referuntur, quia abo-
minabiles reddunt; sicut per Petrum quicquid de
Juda dicitur: Hic possebat agrum de mercede iniqui-
tatis. Neque enim emptum pretio sanguinis agrum
figuli Judas possidere potuit, qui relatis triginta ar-
gentis, traditionis crimen criminisori in se protinus
morte mulctavit: sed possebat, dictum est, pos-
sidere fecit. Ita hoc loco: [Abominabuntur me ve-
stimenta mea.] dicitur, abominabilem facient; quia
nimurum dum contra mentem membra superbunt;
dum sancti desiderij studia, tentationium stiarum
tumultibus interrumpunt, in ipso suo certamine
posita anima agnoscit, quantum adhuc à divinitate
despicitur, que corruptionem suam plenè appetens
transire, sed non valens, fœdo pulvere cogitationis
inquinatur. Hanc vestimentorum abominationem
fenserat, qui dicebat: Video aliam legem in membris
meis repugnantem legi mentis meæ. & capivimus me
ducentem in lege peccati, que est in membris meis.

Rom. 7. d Hac etiam vestimenta, in quibus perfectè placere
non poterat, quandoque melius refluenta; depo-
nere festinè cupiebat, dicens: Infelix ego homo, quis
me liberavit de corpore mortis hujus? Dicat ergo vir
justus: [Si lotus fuero quasi aquis nivis, & fulserint
velut mundissime manus meæ; tamen sordibus intin-
ges me, & abominabuntur me vestimenta mea.] Quia quantumlibet ad summa, ex compunctione
contemplationis ascenderit, quantumlibet in opere
se per exercitium laboris accinxerit; indignum ta-
men adhuc aliquid de corpore mortis sentit, &
abominabilem se esse considerat in multis, quæ de-
pondere corruptionis portat.

Quod grave tormentum sit in cordibus electorum,
quod sensum sui reprehensoris non
intelligunt.

CAPUT XX.

CUIC hoc quoque sit gravius, quid sæpe neque
intelligit, unde delinquit. Flagella suffici-
pit, sed districto judici quid in se majus, quidve
minus displicet, non agnoscit. Unde & subditur:
[Neque enim vivo, qui similis mei est, respondebo:
mec qui mecum in iudicio ex æquo posse audiri.] Dum cum qualibet in iudicio ex æquo contendimus, & quid contra nos dicatur, agnoscimus: &

A in his quæ dicimus, audimus, & quod obiecta pa-
tentia apprehendimus, ed audenter ad proposita
respondemus. Quia ergo invicibilis iudex quæ fa-
cimus videt, quai auditi quæ dicimus: sed quia id
quod ei displaceat, nequaquam plenè cognoscimus, quai quid ipse dicit ignoramus. Vir igitur sanctus
vestimentorum suorum abominationem considerans, ed amplius timet, quid audiri in iudicio ex
æquo non valet: quia quoisque corruptionis sue
pondere premitur, hoc in sua gravius poena tolerat,
quid & sensum sui reprehensoris ignorat. Ac si
aperte dicat: In hoc ex æquo non auditor, quia &
patent cuncta quæ facio, & tamen ipse nescio per
quanta reprehendor. Sequitur: [Non est qui utrumque
valeat arguere, & ponere manum suam in am-
bos.] Durum sonat, ut queratur qui Deum ar-
guat: fed durum non erit, si recurrit ad memoriam,
quod ipsa per alium Prophetam dicit: per Esaiam
quippe admonet, dicens: Quis scire agere perverse. Es. 1. c
discisse benefacere, querite iudicium, subveniente op-
presso, iudicante pupillo, defendite iudicium: & veni-
te, & arguite me, dicit Dominus. Ei natque, quem
arguimus, rationis auctoritate contra inuis. Et quid
est, quod Dominus agere sancta nos admonens,
ad junxit: Venite, & arguite me: nisi quod aperte
influit, quantam bonis actibus fiduciam praefat? Ac si parenter dicat: Recta agite, & animadversio-
nis meæ motibus non jam per deprecationis gemi-
tum, sed per fiduciam auctoritatis obviare. Hinc
etenim Joannes dicit: Si cor nostrum non reprehen-
derit nos, fiduciam habemus ad Deum. Hinc est quod
Moses, quia placet serviens, auditus tacens, cum
silenti dicitur: Quid clamas ad me? Hinc est quod
irascimenter retinet, cum audit: Dimitte me, ut ira-
carur furor meus contra populum istum. Hinc est quod
argumentum Dominus non habuisse queritur, cum
per Prophetam dicitur: Quasi virum, qui interpo-
neret sepem, & stare oppositus contram eam, ne dijipa-
rem eam, & non invenerit. Hinc est quod graviter Esaias
deplorat, dicens: Omnes nos ecclidimus quasi folium, Esai. 64.
& iniquitates nostra quasi ventus abstulerint nos, non
est qui invocet nomen iuum, qui consurgat & teneat
te. Sed possunt recti quilibet per acceptæ * pœnitentiæ
meritum aliquando præsentis motibus animad-
versionis obviare: non autem valent virtute propria
ab humano genere supplicia secutura mortis expel-
lere. Vir igitur sanctus humanum genus considerat
quod defluxit; æternæ mortis damna conspiciat; cui
nimurum constat, quia nequaquam justitia humana
contradicat: videat quād perversè homo delique-
rit; videat quād districte conditor contra hominem
iraefatur, & mediatores Dei & hominis, Deum
& hominem requirat.

Quod Christus ad nos Deo Patri placans novus
homo venerit, contradictor ad culpam,
amicus ad penam.

CAPUT XXI.

E UEM quia longè post venturum considerat,
deplorans dicat: [Non est qui utrumque valeat
arguere, & ponere manum suam in ambobus.] Re-
demptor quippe humani generis, mediator Dei &
hominis per carnem factus, quia justus in homini-
bus solus apparuit, & tamen ad pœnam culpa,
etiam sine culpa pervenit, & hominem redarguit
ne delinqueret, & Deo obstitit ne feriret: exempla
innocentia præbuit, pœnam malitiae suscepit. Pa-
tiendo ergo utrumque arguit, quia & culpm homini-
nis per justitiam aspitando corripuit, & iram ju-
dicis moriendo temperavit: atque in utrisque ma-
num posuit, quia & exempla hominibus quæ imita-
rentur, præbuit, & Deo in se opera, quibus erga
homines placaret, ostendit. Nullus quippe ante
hunc extitit, qui sic pro alienis reatibus intercederet,

ut proprios non haberet. Aeternae igitur morti tanto quis in aliis obviare non poterat, quanto hunc reatus de propriis adstringebat. Venit itaque novus homo ad homines, contradictor ad culpam, amicus ad poenam: mira monstravit, crudelia pertulit. Maxime ergo suam in ambobus posuit, quia unde reum recta docuit, inde iratum judicem placavit. Qui hoc quoque ipsis suis miraculis mirabilius praecepit, quia corda delinquentium mansuetudine potius quam terrore correxit. Unde & subditur:

Quod à timore legis in libertatem Evangelij antiqui Sancti transire optabant: & quid sit, quod Elysens non per Giezi, sed per se ipsum Sunamitis filium suscitavit.

CAPUT XXII.

AUferat à me virginam suam, & pavor ejus non me terreat.] Per legem quippe virginem Deus tenuerat, cùm dicebat: Si quis hæc vel illa fecerit, morietur. Sed incarnatus virgin abstulit, quia vias vitae per mansuetudinem ostendit. Unde ei per Psalmistam dicitur: Intende, prospere procede, & regna: propter veritatem & mansuetudinem & justitiam. Timeri quippe quasi Deus noluit, sed quasi pater ut amaret inspiravit. Quod liquidò Paulus dicit: Non enim acceperis spiritum servitutis iterum in timore, sed acceperis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Unde hic quoque aptè subjungitur: [Loquar, & non timebo eum: neque enim possum metuens respondere.] Vir etenim fanetus, quia humani generis redemptorem venire miteni confidit, non metum ad Dominum, sed affectum ad patrem sumit: & timorem despicit, quia per adoptionis gratiam ad amorem surgit. Hinc Joannes ait: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Hinc Zacharias dicit: Ut sine timore de manu inimicorum nos fraterem liberari seruiamus illi. A peccati igitur morte timor nos suscitare non valuit, sed ad statum vitae aspirata mansuetudinis gratia erexit. Quod bene in Eliæo Sunamitis filium suscitante signatur: qui cum baculo puerum mitens, extincto filio vitam minime reddit; per semetipsum verò veniens, sequere super mortuum sternens, atque ad ejus membra se colligens, hic illucque deambulans, & in ore mortui leptis aspirans, hunc ad redivivam lucem protinus per ministerium compunctionis animavit. Autòr quippe humani generis Deus, quasi mortuum puerum doluit, cùm extintos nos iniquitatis aculeo miseratus aspexit. Et quia per Moysen

CAP.
X.

Teedet animam meam vita mee, dimittam adversum me eloquium meum: loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo, Noli me condemnare: indica mihi, cur me ita iudices. Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adiuves? Numquid oculi carni sicut sunt: aut scutum videt homo, & tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, ut queras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo, qui de manu tua posse eruere. Manus tuae fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu: & sic repente precipitas me? Memento quoque, quod sicut lutum feceris me, & in pulvrem reduces me. Nonne sicut lac mulsi me, & sicut caseum me coaguli? Pelle & carnibus vestisti me, osibus & nervis compesisti me. Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum. Licet hac celestis in corde tuo, tamen scio quia universorum memineris. Si peccavi, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniusteitate mea mundum me esse non patetis? Et si impius fuerit, ut mibi est: & si iustus, non levabo caput, saturatus afflictione & miseria. Et propter superbiam, quasi leanam capies me, reversus que mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam adversum me, & pœna militant in me. Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuisse quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorum meum: antequam vadam, & non revertar, ad terram tenebrosum, & opertam mortis caligine: terram miseria & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Quod

terrorem legis protulit, quasi per pæcum virgam misit. Sed puer cum baculo mortuum suscitare non valuit, quia Paulo attestante: Nihil ad perfecum adduxit lex. Ipse autem per semetipsum veniens, & super cadaver se humiliiter sternens, ad exæquadia sibi mortui membra se collegit: quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratu est esse se aqualem Dei; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Huc illucque deambulat; quia & Iudeam juxta & longè positas gentes vocat. Super mortuum septies officiat; qui per apertitionem divini munera, gratia septiformis spiritum in peccati morte jacentibus aspirat. Moxque vivens erigitur: quia is, quem terroris virga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad vitam rediit. Dicit itaque beatus Job ex sua, dicat ex voce humani generis: [Auferat à me virginam suam, & pavor ejus non me terreat: loquar, & non timebo eum.] Ubi & aptè subjungitur: [Neque enim possum metuens respondere.] Respondere quippe cuilibet dicuntur, cùm factis illius digna opera repensamus. Deo ergo respondere, est donis ejus præcedentibus nostra obsequia reddere. Unde & Psalmi quidam, in quibus sancta operatio imitanda propinuit, ad respondendum scripti prænotantur. Recetum itaque Deus hominem condidit, eumque ad perverfa defluentem, cùm longanimitate toleravit. Quotidie culpas aspicit, & tamen vivendi spatha non citius abscondit: dona largitur benignitate sua, & erga malos uitum patientia sua. Respondere homo tot beneficii debet; sed tamen respondere metuens non valet; quia humani generis conditorem qui adhuc serviliter formidat, proculdubio non amat. Nam tunc solùm Deo vera obsequia reddimus, cùm cum propter amoris fiduciam non timemus; cùm nos ad bona opera affectus, non metus dirigit; cùm malum nostræ menti jam non placet, etiam si licet. Nam qui à perversitatis opere ex timore restringitur, perversa libenter ageret, si licet. Nequaquam ergo veraciter rectus est, qui adhuc à pravitatis desiderio liber non est. Bene itaque dicitur: [Neque enim possum metuens respondere:] quia verò obsequia Deo non reddimus, si ex timore mandatis illius, & non potius ex amore servimus. Sed cùm menti nostra ejus dulcedinis amor ascendit, omne desiderium praefensis vita lavatur, in tedium delectatio vertitur, atque hanc cum mœrore mens tolerat, cui victa prius reprobo amore serviebat: Unde & aptè subditur:

Quod sanctis praesens vita vilescit, cum conditoris dulcedinem senserint: & quanquam plus ei propinquant, tanto se amplius accusant.

CAPUT XXIII.

TAEDET ANIMAM MEAM VITÆ MÆA.] Sed cùm præsens vita vilesceat, cùm conditoris amor dulcescere exasperat, sese contra se animus accedit, ut accusare se de culpis debeat, in quibus se ante supernorum nesciis defendebat. Unde adhuc recte subiungit: [*Dimittam adversum me eloquium meum.*] Quia pro se eloquio suo uitum, qui prava quæ gesit, defendere excusationibus conatur. Sed adversum se eloquium dimittit, qui accusare in se hoc incipit, quod erravit. Sæpe verò & cùm delinquimus, ea quoque quæ agimus, dijudicamus. Accusat mens ipsa quod perpetrat; sed quia hoc ex desiderio minime deserit, erubescit confiteri quod fecit. Cùm verò toto jam judicio carnis delectationem premat, audaci voce in accusationis sua confessione se erigit. Unde recte nunc dicitur: [*Dimitam adversum me eloquium meum.*] Quia fortis mens relaxare contra se verba detestatio inchoat, quæ apud semetipsum prius infirmè verecundata retinebat. Sed sunt nonnulli, qui apertis vocibus culpas fatentur, sed tamen in confessione gemere nesciunt, & lugenda gaudentes dicunt. Unde & adhuc aptè subiungitur:

Quod iram Dei amaritudo presentis pœnitentia extinguat.

CAPUT XXIV.

LOQUAR IN AMARITUDINE ANIMA MÆA.] Qui culpas suas detestando loquitur, restat ut has in amaritudine animæ loquatur: ut hæc ipsa amaritudo puniat, quidquid lingua per mentis iudicium accusat. Sciendum verò est, quia ex pœna pœnitentia, quam sibi mens irrogat, aliquatenus securitatem percipit, atque ad interrogationem superni iudicis fidienter exurgit; ut semetipsam subtilius invenerit, & erga se quæque quomodo disponantur, agnoscat. Unde & protinus additur: [*Dicam Deo, Noli me condemnare: indicam mihi, cur me ita iudices.*] Qui peccatorum se in amaritudine animæ asserit, quid Deo aliud, quam ne condemnetur, dicit: quia amaritudo presentis pœnitentia extinguit supplicia sequentis iræ. Duobus autem modis in hac vita hominum Deus iudicat: quia aut per mala pœnitentia irrogare jam tormenta sequentia incipit, aut tormenta sequentia flagellis presentibus extinguit. Nisi enim delictis exigentibus iustus iudex & nunc & postmodum quosdam percuteret, Judas Apostolus minimè dixisset: *Secundo eos qui non crediderunt, perdidit.* Et de inquis Psalmita non dicit: *In diuinanur sicut diplode confusione sua.* Diplōs quippe duplex vestimentum dicitur. Confusione ergo sicut diplōde induiti sunt, qui juxta reatus sui meritum, & temporali & perpetua animadversione fruiuntur. Solos quippe pœna à supplice liberat, quos immutat. Nam quos pœnitentia mala non corrigit, ad sequentia perducunt. Si autem nequaquam quoddam pœna pœnitentia à supplice aterno defendaret, *1. Cor. 11.* Paulus minimè dixisset: *Cum iudicamus, à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.* Hinc *E* *2. Cor. 3.* voce angelica ad Joannem dicitur: *Ego quos amo, redarguo & castigo.* Hinc etiam scriptum est: *Quem diligis Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Sæpe ergo mens justi ut magis secura sit, altius trepidat: & cùm flagellis cingitur, superni iudicij incertitudine turbatur. Pavet, ne initium sequentis damnationis sit omne quod patitur: & per cogitationem interrogat iudicem, quia de vita sua meritis ambigit in percussione. Sed virtus virtus cùm ad oculos mentis reducitur, quasi con S. Greg. Tom. I.

A solatio à iudice responderetur: quia nequaquam ad perdendum pertinet, quem in actionis innocentia feriendo custodit. Bene itaque nunc dicitur: [*Indicam mihi, cur me ita iudices.*] Ac si aperte diceretur: Quia flagellando me iudicas, ostende quid ad iudicium per flagella securum reddas. Quod tamen intelligi & aliter potest. Nam plerunque vir justus flagella ad probationem percipit, & vitam suam subtilissima inquisitione discutens, quamvis se peccatorem & sentiat & fateatur; pro qua tamen specialiter culpa percutitur, minime cognoscit: atque eò magis in percussione trepidat, quid causas fuisse percussione ignorat. Petit ut semetipsum sibi iudex indicet, quatenus quod ille animadvertendo percutit, hoc in se flendo & ipse castiget. Scit namque quid æquissimus iudex iustè quemquam nostrum nullo modo affligit, & magno merito concutitur: quia & dolet in verbere, & deprehendere in se perfetè non valet, quod deploret. Unde adhuc subditur:

Quod consilium diaboli totum sit in perditione generis humani.

CAPUT XXV.

NVMQID BONUM TIBI VIDETUR, SI CALUMNIERIS & OP1. Cor. PRIMAS PAUPEREM, OPUS MANUM TUARUM, & CONSILII IMP10.6 RIUM IMP10.6 RIUM ADIUVES?] Hoc nimur sic per interrogationem dicitur, ut negetur. Ac si aperte diceretur: Tu qui summe bonus es, novi quia bonum non æstimas, ut pauperem per calumniam pœnas. Et scio ergo quia non est injustum quod patior, & eò magis doleo, quid causas justitiae ignoro. Notandum verò quod non ait, *Vt opprimas innocentem, sed panperem.* Qui enim distinctioni iudicis nequaquam innocentiam, sed paupertatem suam objicit, non jam de vita audaciam arripit; sed quām se infirmum conspiciat, ostendit. Ubi & congruē subiungit: [*Opus manum tuarum.*] Ac si aperte dicat: Impie opprimere non potes, quem te fecisse gratuitū recordaris. Bene autem subditur: [*Et consilium impiorum adiuves?*] Quos namque hoc loco impios, nisi malignos spiritus vocat? Qui cùm redire ipsi ad vitam nequeant, crudeliter socios ad mortem querunt. Quorum nimur consilium fuit, ut beatum Job divina correptio rangeret: ut qui in tranquillitate justus extiterat, saltem per flagella peccaret. Sed impiorum consilium Dominus non audivit: quia eorum tentationibus carnem iusti prodidit, animam negavit. Hoc indefinenter contra bonos consilium maligni spiritus inveniunt ut hi, quos servire Deo innocue in tranquillitate conspiciunt, vexati adversitatibus ad voraginem culpæ rapiantur. Sed eorum consilii acumen destruitur, quia pius conditor cùm viribus flagella moderatur, ne virtutem pœna transeat, & per astutiam fortium, humana infirmitas excedat. Unde & bene per Paulum dicitur: *Fidelis autem Deus, qui non patietur nos tentari super quām potestis, sed facit cum tentatione etiam preventum, ut possitis sustinere.* Nisi enim misericors Deus cùm viribus tentamenta modificeret, nullus profectus est, qui malignorum spirituum insidias non corrueat portet: quia si mensuram iudex tentationibus non præbet, coipso protinus stantem dejet, quod ultra vires onera imponit. Sic autem beatus Job negando requisivit ista quæ protulit; sicut & requirendo negat ea quæ illico subiungit, dicens:

Quod ante omne tempus, qui semper est, in presentia fibi cuncta conspiciat.

CAPUT XXVI.

NVMQID OCULI CARNEI TIBI SUNT: ANTI Sicut videt homo, & tu videbis? Nūquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora: ut quaras

iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? & scias quia nihil impium fecerim.] Oculi carnei facta temporum non nisi in tempore agnoscent: quia et ipsi ad videndum cum tempore prodeunt, cum tempore clauduntur, & humanus visus quodlibet opus sequitur, non praecurrit: quia vix existentia aspicit, & ventura nullo modo agnoscat. Dies quoque & anni hominis a diebus & annis discrepant aeternitatis: quia vitam nostram, qua tempore incipitur, tempore finitur, dum intra sinus sui latitudinem format, aeternitas devorat. Cujus nimurum imminetas quia ultra citraque super nos tenditur, sine inchoatione & termino ejus aeternum esse dilatatur: eique nec transfacta prætereunt, nec adhuc ventura, quasi quæ non apparet, defuncti: quia is qui semper esse habet, cuncta sibi præsencia conficit: cumque aspicio post & ante non reaudit, nulla intutus mutatione variatur. Dicat ergo: [*N*umquid oculi carnes tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis? *N*umquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora: ut queras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? & scias quia nihil impium fecerim.] Ac si humiliiter requires, diceret: Cur me in tempore per flagella examinas, quem apud te perferre & ante tempora scisti? Cur culpas meas verberibus interrogas, quem per aeternitatis tuae potentiam nec priusquam condere, ignoras? Cujus nimurum potentia mox pondus exprimit, cum subjungit: [*C*um sit nemo, qui de manu tua posset errare.] Ac si aperte dicat: Quid tibi restat, nisi parcer, cujus virtuti nullus valet obviare? Quo enim nemo est qui animadversionem tuam ex merito sua virtutis retineat, ed à se facilius tua pietas exigit ut parcat. Quia autem nos in delictis concepti, in iniquitatibus editi, aut noxiè prava perpetramus, aut incaute etiam recta agendo delinquimus: districtus iudex unde nobis fiat placabilis, non habemus. Sed cum nostrum opus ejus obtutibus dignum exhibere non possumus: restat, ut ad placationem illius suum ei opus offeramus. Unde & subditur:

Manichaorum error destruitur, & dignitas conditionis humanae commendatur.

CAPUT XXVII.

Manus tua plasmaverunt me, & fecerunt me totum in circuitu: & sic repente precipitas me?] Ac si humiliter dicat: Quia sub justo examine dignum non est tua placatione quod feci, pensa misericorditer, ne pereat quod fecisti. Quibus etiam verbis perversum Manichai dogma destruitur, qui duo esse principia mentientis, à Deo spiritum, à satana vero carnem conditam asserere conatur. Sanctus etenim vir propheticus spiritus gratia plenus, longè post ventura considerat, & errorum genimina prævidens calcat, dicens: [*M*anus tua plasmaverunt me, & fecerunt me totum in circuitu.] Qui enim & plasmatum es, & factum totum in circuitu à Deo asserit, tenebrarum genti nec in spiritu suo aliiquid nec in carne derelinquit. Nam plasmatum le propter internam hominis imaginem retulit: factum vero totum in circuitu, in eo quod ex carnis constat indumento, memoravit. Notandum vero est, quia per hoc quod se plasmatum Dei manibus asserit, misericordie iudicis, dignitatem sua conditionis opponit. Quamvis enim per coeternum patri Verbum cuncta creata sint: in ipsa tamen relatione creationis ostenditur, quantum cunctis animalibus, quantum rebus vel celestibus, sed tamen insensibilibus, homo præferatur. Cuncta quippe dixit, & facta sunt. Cum vero facere hominem decernit, hoc quod reverenter pensandum est premit, dicens: *F*aciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Neque enim de eo sicut de rebus ceteris scriptum est: *F*iat & factum est: neque ut aquæ volatilia, sic terra hominem protulit: sed

priusquam faceret, faciamus dicitur: ut videlicet quia rationalis* natura condebatur, quasi cum confilio facta videretur. Quasi per studium de terra plasmatur, & inspiratione conditoris in virtute spiritus vitalis erigitur; ut scilicet non per jussionis vocem, sed per dignitatem operationis existeret, qui ad conditoris imaginem fiebat. Quod igitur per conditionem homo elegantius in terra creaturis ceteris accepit, hoc in flagello positus pietati sui opificis opponit, dicens: [*M*anus tua plasmaverunt me, & fecerunt me totum in circuitu: & sic repente precipitas me?] Ac si aperte dicat: Cur tanta vilitate despicias, quem cum tanta dignitate condidisti? Et quem ratione rebus ceteris præfers, cur ex dolore supponis? Sed tamen hæc eadem nostra dignitas fulget per imaginem, & longè distat à beatitudinib[us] perfectione per carnem: quia dum spiritus miscetur pulveri, quodammodo connectitur infirmitati. Quam scilicet infirmitatem beatus Job pietati judicis objicit, cum subjungit:

Quod homo ad veniam perveniat, cum irremissibile sit peccatum ciaboli,

CAPUT XXVIII.

Memento quæso, quod sicut lutum feceris me.] Angelorum spiritus idcirco irremissibiliter peccaverunt, quia tantò robustius stare poterant, quanto eos carnis admixtio non tenebat. Homo vero idcirco post culpam veniam meruit, quia per carnale corpus aliquid quo semetipso minor esset, accepit. Unde & apud respectum iudicis argumentum pietatis est hæc eadem infirmitas carnis; sicut per Psalmam 77.4 dicitur: *I*pse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos. Et multiplicatus ut averteret iram suam ab eis, & non accedit omnem iram suam, & rememoratus est, quia caro fuit.. Ut lutum ergo homo factus est, quia de limo est ad conditionem lumpus. Lutum quippe fit, cum se aqua terre conspergit. Sicut lutum itaque homo est conditus: quia quasi aqua infundit pulvrem, cum anima rigat carnem. Quod sanctus vir bene pietati iudicis objicit, cum postulans dicit: [*M*emento quæso, quod sicut lutum feceris me.] Ac si aperte dicat: Infirmitatem carnis considera, & reatum iniquitatis laxa. Ubi aptè quoque mors ejusdem carnis adjungit, cum protinus subinfertur: [*E*t in pulvrem reduces me] Ac si patenter postulet, dicens: Memento quæso, quod per carnem à terra venio, & per ejus interitum ad terram tendo. Materiam itaque originis, & pœnam finis aſpice, & culpa cuius tranſeuntis parce.

Quomodo Deus hominem plasmat, plasmatum vivifacit, vivificatum custodit.

CAPUT XXIX.

Sed quia qualitatem protulit hominis cōditi, nunc subiungit ordinem propagati dicens: [*N*onne sicut lac mulſisti me, & sicut caſem me coagulasti? Pelle & carniſbus veſtiſisti me, oſſibus & nervis compagisti me.] Plasmatus quippe homo sicut lutum factus est, propagatus autem & sicut lac mulgetur femine, & sicut cafeus coagulatur in carne. Carniſbus & pelle induitur: oſſibus nervisque solidatur. Per lutum ergo primæ conditionis qualitas, per lac vero, ſequenti ordo conceptionis exprimitur: quia per coagulationis incrementa dicitur, ut paulisper in oſſa roboretur. Sed angusta Dei laus est deſcriptio creati corporis, niſi etiam subsequenter exprimatur mira aspiratio vivificationis. Unde & subditur: [*V*itam & miſericordiam tribuisti mihi] Sed incalsum nobis bona conditor tribuit, ſi non omne quod tribuit, ipſe custodiāt. Sequitur: [*E*t viſitatio tua custodivit ſpiritum meum.] Hæc autem,

qua de exteriori homine diximus, etiam interiori quemadmodum possint congruere, libet, ut breviter replicando monstramus. [*Memento quofo, quod sicut lutum feceris me.*] Sicut lutum quippe homo noster interior existit: quia sancti Spiritus gratia terrena menti infunditur, ut ad intellectum sui conditoris erigatur. Humana namque cogitatio, qua peccati sui sterilitate aruit, per vim sancti Spiritus, quasi irrigata terra viridescit. Sed saepe dum perceptis superni doni virtutibus sine interruptione utimur, ad privatam fiduciam, usu continua prosperitatem elevamur: unde fit plerumque, ut idem qui sublevaverat, parumper spiritus deferat, quatenus ipsum sibi hominem ostendat. Quod sanctus vir protinus exprimit, cum subiungit: [*Et in pulverem reduces me.*] Quia cum per subtractionem spiritus, mens aliquantulum in tentatione deseritur, quasi ab humore pristino terra siccatur: ut infirmitatem suam derelictus sentiat, & sine infusione superna gratiae, quantum homo aruit, agnoscat. Qui aperte quoque reduci ad pulverem dicitur: quia dimisissi sibi cuiuslibet tentationis aurâ raptatur. Sed dum reliqui concutimur, ea qua afflati cognovimus, subtilius jam dona cogitamus. Unde subiungit: [*No ne sic ut lac mulfisi me, & sic ut caseum me coagulasti?*] Mens etenim nostra cum per sancti Spiritus gratiam ab ipsis vetustâ conversationis abstrahitur, sicut lac mulgetur, quia in quadam novâ inchoationis tenetitudine & subtilitate formatur: & sicut caseus coagularur, quia in constipatione pinguiscentis cogitationis astringitur, ut nequam jam per desideria difluat, sed in uno amore se colligens, ad solidam reformationem surget. Plerumque verò contra hanc eadem rudimenta spiritualia ex ipsis veteri caro submurmurata, & mens bella tolerat ex homine, quem foris portat. Unde subiungit: [*Pelle & carnibus velifisi me*] Pelle quippe & carnis interior homo vestitur, quia in eo quod ad superna erigitur, carnalium motuum obſidione vallatur. Sed tendenter ad justitiam nequam in tentatione conditor deserit, quia per infusionem gratiae etiam peccatum prævenit: sed sublevatam mentem & ad bella exteriori laxat, & interiori rōborat. Unde adhuc aperte subiungit: [*Oſſibus & nervis compęgisti me.*] Carnis & pelle vestitur, sed ossibus nervisque compingimur: quia etsi tentatione foris irruente concutimur, intus tamen nos conditoris manus rōborat, ne frangamur. Carnis itaque motibus nos humiliat ad doma, sed per ossa virtutum rōborat contra tentationem. Ait ergo: [*Carne & pelle velliſi me, oſſibus & nervis compęgisti me.*] Ac si aperte dicat: Foris me ad probationem deferas, sed tamen intus ne peream, virtutibus aſtringet custodis. Qui idcirco nobis bene vivendi rectitudinem tribuit, quia benignè præterita qua delinquimus, parcit. Unde & adhuc aperte subiungit: [*Vitam & misericordiam tribuisti mihi.*] Vita quippe tribuitur, cum malignis mentibus benignitas aspiratur. Sed vita sine misericordia accipi nequam valet, quia ad obtinenda Dominus justitia bona non adjuvat, si prius misericorditer ante actas nequitias non relaxat. Vel certe vitam nobis & misericordiam tribuit: quia ea, quia nos misericordia ad bene vivendum prævenit, etiam sublequenti custodit. Niſi enim misericordiam subroget, servari non valit vita, quam præbet. Ipso quippe quotidie usū humanæ vite veterascimus, & exterioris hominis impulsu, cogitatione lubrica ab interioribus eximus. Et niſi nos superna visitatio vel ad amorem compungenda vivificet, vel ad timorem flagellando restauert, repentina lapsu mens funditus tota deſtruitur, que longo virtutis studio innovata videbatur. Unde subdicitur: (*Et visitatio tua custodivit spiritum meum.*) Humanum quippe spiritum visitaio superna custodit, cum hunc virtutibus datum,

S. Greg. Tom. I.

A vel flagello percutere, vel compingere amore non definit. Nam si dona praestat, sed hunc continuè restaurando non sublevat, citius bonum perditur, quod non à largiente custoditur. Sed ecce vir sanctus dum se humiliter agnoscat, conferenda generaliſter divinæ misericordie secreta * apprehendit: * al. de cumque infirmitatem suam veraciter facetur, reprehēte ad cognoscendam vocationem Gentium sublimiter rapitur. Nam protinus subdit:

Quod vocatio Gentium; ab antiquo in Dei confilio abcondita sit.

CAPUT XXX.

Licet hac celis in corde tuo, tamen scio quia universorum membroris.) Ac si aperte dicat: Cur de me trepidi, qui & universas gentes quia colligas, scio: Quod tamen in corde celas; quia hoc adhuc aperto sermone non indicas. Sed qui universorum reminisceris, me proculdubio de venia certum facis. Scindunt verò est, quia in quibusdam factis & certi de venia reddimus, & post perpetratas culpas ad absolutionis nostræ fiduciam correctione & penitentia subsequente roboramur: perpetrata tamen nostra nequitia adhuc memoriam tangimur, & cogitatione illicita aversi nolentesque pulsamur. Unde & aperte subiungitur:

Quod peccata præterita etiam cum per penitentiam abluta fuerint, importuna cogitatio recurrens, nobis perducit ad mentem: & quid sit, quod per Moysen homo nocturno polluitus somnio, extra castra egredi jubetur, & non reverti permittitur, nisi lotus aqua post Solis occasum.

CAPUT XXXI.

Si peccavi, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non patet?) Ad horam Dominus peccatori parcit, cum reatum culpa concessi protinus flentibus diluit. Sed ab iniquitate nostra mundos nos esse non patitur: quia volentes quidem culpam fecimus, sed nonnumquam nolentes ejus memoriam cum delectatione toleramus. Sæpe namque hoc, quod à conspectu jam iudicis flenti interveniente delectum est, ad animum redit, & devicta culpa ad delectationem rursus inserpere nititur, atque in antiquo certamine rediiva pulsatione reparatur: ita ut quod prius egit in corpore, hoc importuna cogitatione postmodum verset in mente. Quod caute illi conspicere athleta spiritualis noverat, qui dicebat: Computuerunt & Psal. 37. dererioraverunt cicatrices mea, à facie insipientia 40. mea: Quid namque cicatrices, nisi sanaciones sunt vulnerum? Laxatas ergo nequitias ad delectationem memorie redire conspererat, qui cicatrices destebat. Cicatrices quippe computrescere, est sanitata jam peccatorum vulnera, rursus in tentationem serpere, atque ex eorum suggestionibus post superductam cutem penitentiae, factorem culpa iterum doloremque sentire. Quia videlicet in re & nihil foris opere agitur, & sola intus cogitatione peccatur: districtoque se reatu mens obligat, nisi hoc sollicitis lamentis tergit. Unde bene pér Moysen dicitur: Si fuerit inter vos homo, qui nocturno polluitus sit somno, egredierur extra castra; & non revertetur prius quam ad vesperum lavetur aqua, & post Solis occasum regredietur in castra. Nocturnum quippe est somnium tentatio occulta, per quam tenebrosa cogitatione turpe aliiquid corde concipitur, quad tamen corporis opere non expletur. Sed somnus nocturno pollutus egredi extra castra præcipitur: quia videlicet dignum est, ut qui immunda cogitatione polluitur, indignum se cunctorum fidelium societas arbitretur, culpa sue meritum ante oculos ponat, & ex bonorum se astimatione despiciat.

T ij

ciat. Pollutum ergo extra castra exire, est turpi impugnatione laborantem, sese ex continentium comparatione despicere. Qui ad vesperum lavatur aqua, cum defectum suum conspicens ad paenitentia lamenta convertitur, ut fletibus diluat omne quod in animo occulta inquinatio accusat. Sed post occasum Solis ad castra redeat: quia defervescente tentationis ardore, necesse est ut iterum fiduciam erga societatem bonorum sumat. Post aqua quippe lavationem, occumbente Sole ad castra revertitur, qui post lamenta paenitentiae, frigescente flamma cogitationis illicitae ad fidelium merita presumenda reparatur: ut iam se à ceteris longè esse non estimet, qui mundum se per obitum intimi ardoris gaudet. Sed inter haec sciendum est, quod idcirco nonnunquam impulsu illicitae cogitationis affligimur: quia in quibdam terrena conversationis actibus, quamvis licitis, libenter occupamur. Cumque vel in minimis terrena actio per desiderium tangitur, crescente contra nos antiqui hostis fortitudine, mens nostra non minima importunitate temptationis inquinatur. Unde & sacerdos legis, membra hostie per frusta concisa, caput atque ea quæ erga Iesum sunt, jubarunt ignibus cremare, pedes vero atque intestina hostie prius aqua diluere. Nos quippe ipsos sacrificium Deo offerimus, cum vitam nostram cultui divino dedicamus. Qui membra hostie per frusta concisa super ignem ponimus, cum vita nostræ opera virtutibus distinguentes immolamus. Caput, atque ea quæ Iesu sunt, continentur, incendimus, cum in sensu nostro, quo omne corpus regitur, atque in occultis desideriis flammat divini amoris ardorem. Et tamen præcipitur, ut pedes atque intestina hostie laverentur. Pedibus enim terra tangitur, intestinis vero stercora gestantur: quia plerumque jam ex desiderio in aeternitatem succendimus, jam toto devotionis sensu ad appetitum nostrum mortificationis inhiamus: sed quia adhuc terrenum praefirmitate aliquid agimus, nonnulla etiam quæ jam subegimus, illicita in corde toleramus. Cumque cogitationes nostras immunda tentatio inquinat, quid aliud quam intestina nostra hostis stercus portant? Sed ut comburi debeat, laverentur: quia nimur necesse est, ut immundas cogitationes timoris fletus diluat, quas in acceptance sacrifice supernus amor incendat. Et quidquid mens vel de inexperto certamine, vel de conversationis pristina memoria patitur, laveretur: ut tanto suavius in conspectu sui spectator ardeat, quanto cum ei afflisseceperit, nil terrenum secum vel lubricum in ara sua orationis imponit. Vir igitur sanctus humanae mentis damna conspiciat quod plerumque se cogitatione illicita inquinat: & postquam reatum operis judex relaxat, & sua ploras, nostra quæ ploramus, aperiatis, dicens: [Si peccavi, O ad teram pepercisti mihi, cur ab iniuriae mea mundum me esse non patervi?] Ac si aptè dicat: Si culpam venia abstulit, cur hanc & a memoria non detergit?

Quod viri sancti in presenti vita temptationum miseria afficiuntur, impij vero non reluctantur sed quietant in eis.

CAPUT XXXII.

41. **S**ÆPE autem ita mens in culpæ recordatione concurrit, ut ad perpetrationem illius longè gravius, quam prius, quando capta fuerat, urgeatur: & deprehensa trepidat, sequi ipsam variis motibus impulsa perturbat: metuit quidem, ne vincatur temptationibus, sed resistens, hoc ipsum, quod longo labore certaminis affligitur, perhorrescit. Unde & aptè subiungitur: (Et si impius fuero, via mibi est: O si justus, non levabo caput, saturatus afflictione & miseria.) Impius namque vñ habet, justus miseriam: quia & aeterna damnatio reprobum sequitur, & electus quisque doloribus transitoriae adversitatis expiatur. Impius

A plus caput levat, sed elatus evadere vñ, quod sequitur, non valet. Justus labore sui certaminis afflictus, caput levare non finitur: sed pressius à perpetua afflictione liberatur. Ille se in voluptatibus erigit: sed suppliciis sequentibus mergit. Ille se in dolore deprimit: sed tamen a pondere aeternæ animadversionis abscondit. (Consideret ergo vir sanctus, quod aut renitens homo vitiis, praesenti labore afflictur: aut succumbens, perpetua afflictioni mancipatur, & dicat: (Et si impius fuero, via mibi est: O si justus, non levabo caput, saturatus afflictione & miseria.) Ac si aperte deploret, dicens: Aut substratus carnis desiderii, supplicio aeterno subjicior: aut repugnans illicitis motibus, pena praesenti crucior, quia à labore certaminis liber non sum. Sed supra dispensatio idcirco nos tota sibi intentione servientes, carnis nostra permittit impugnationibus concuti, ne thesnostra in superbiam audeat presumptione sue securitatis elevari: ut dum pulsata trepidat, in solo aetoris adjutorio spei pedem robustius figat. Unde & adhuc aptè subiungitur:

Quod aliquando justi, ne de sua justitia intumeant cadere permittuntur.

CAPUT XXXIII.

ET propter superbiam, quasi leanan capies me,) Leana cum escam catulis exquirit, inhianter in foveam captionis ruit. Sicut enim ex quibusdam regionibus fertur, fit in ejus itinere fovea, in quam pecus deponitur, ut illuc se ejus appetitu projiceret leana provocetur: quæ angusta simul & alta preparatur, ut in eam ruere ambiendo valeat, sed hanc saliendo nullo modo evadat. Alia quoque fovea, quæ priori cohereat, effoditur: quæ tamen ei, in qua pecus est, extremae partis aperiotione conjungitur: in quam nimur cavea ponitur, ut leana corruiens, quia desperper terroribus urgetur, cum quasi in secretiore parte foveæ occultare se appetit, caveam volens intrer: cuius jam sevita nequaquam pertimescit, quia clausa in cavea levatur. Quæ enim sua sponte in foveam corruit, ad superiores partes circumsepta vestibus reddit. Sic sic nimur humana mens capta est, quæ in libertate arbitrij condita, dum nutrita desideria carnis appetivit, quasi leana catulis escam quæfavit, atque in deceptionis sua foveam cecidit, quæ suadente antiquo hoste, ad cibum prohibitum manum tenevit: sed in fovea protinus caveam invenit, quia sponte ad mortem veniens, corruptionis sua mox carcere periret. Sed cum multa agere conatur, & non valet, ejusdem corruptionis sua obstaculis, quasi cavea vestibus ligatur, atque ad auras liberas, gratia interveniente, reducitur. Jam quidem eam, in quam cedebat damnationis foveam evalit: quia securitate mortis supplicium, manu Redemptoris adjuta, ad veniam redendo superavit. Sed tamen coartata caveam tolerat: quia supernæ quoque disciplinæ nexibus cingitur, ne per carnis desideria vagetur. Quæ ergo sponte sua in foveam cecidit, ad auras liberas clausa redit: quia & per libertatem arbitrij in culpam corruit, & tamen hanc à suis motibus, conditoris gratia, coactam nolentemque constringit. Post foveam itaque caveam patitur, quæ erecta ex aeterno supplicio, à prava voluntatis motibus, sub celestis artifici dispensatione religatur. Rechè igitur dicit: (Et propter superbiam, quasi leanan capies me:) quia & liber homo per cibum sibi mortem intulit, & reductus ad veniam, sub disciplina melius clausus vivit. Quasi leana ergo propter superbiam captus est: quia inde nunc eum disciplina sua corruptionis deprimit, unde transgressionem præcepti non timens, audacter in foveam saltum dedit. Sed si parumper obtutum mentis à culpa primi parentis avertimus, nos adhuc quotidie ut legnam capi per vitium elationis invenimus. Sepe namque homo acceptis virtutibus in audaciam

sua præsumptionis erigitur: sed mira dispensatione pietatis, ante ejus oculos res quilibet, in quam corrunt, ordinatur. Dunque per culpam aliquid appetit quid aliud quam prædam in fovea concupiscit? Sua sponte inhians cadit, sed suis surgere viribus non valet. Qui cum se nihil ex se esse confidet, dicit proculdubio cuius adjutorium requirat. Quem tamen superba miseratio captum quasi à fo- vea evehit; quia hunc infirmitate cognita ad veniam reducit. Levanæ itaque more, propter superbiam ad superiores partes in caveam remeat, qui cum de virtute extollitur, lapsus ad desideria in humilitate religatur. Quia enim prius propria præsumptione perierat, mira pietate agitur, ut infirmitatis sua jam notitia clausus vivat. Quod quia sanctus vir cœbrò accidere hominibus conspicit, nostri in se periculi vocem sumit: ut cum nos ejus fletus agnoscimus, quæ in nobis sunt flenda, dicamus. Sed cum mentem nostram elatio erigit, summi à nobis prótinus compunctionis amoris recedit: cum verò superna nos gratia visitat, statim per lacrymas ad sua desideria intigit. Unde & aptè subjugatur:

Quod sancti viri, cum à Deo relinquuntur, ruina sue dispensia non sentiunt: cum verò visitans revertitur ad eos Deus, mirabiliter cruciatu compunctionis sémel ipsos, quales fuerant, discipiunt.

CAPUT XXXIV.

Reversusque mirabiliter me crucias.] Cum ab auctore relinquimus, nec ipsa ulla tenus destitutio nostra dama sentimus. Quod enim longè nos conditor deserit, eo mens nostra insensibilius obdurescit, nulla quæ Dei sunt diligit, nequam superna concupiscit: & quia amoris intimi calorem non habet, frigida deorsum jacet, ac miserando modo sit quotidie tanto secundior, quando peior: cumque unde sit lapsa non meminit, & supplicia secutura non metuit, quantum lugenda sit nescit. At si afflatus sancti Spiritus tangitur, ad considerationem protinus sua perditionis evigilat, in calefacienti inquisitione se excutit, amoris summi astibus inardescit, quæ se circumprimunt damna considerat, & plorat proficiens, quæ prius lata torpebat. Bene ergo conditori dicitur: [Reversusque mirabiliter me crucias;] quia omnipotens Deus unde D mente nostram visitans, ad amorem suum erigit, inde hanc per lacrymas gravius affligit. Ac si aperè dicat: Relinquendo me nequaquam affici, quia insensibilem reddis: sed cum reverteris, crucias, quia dum te insinuas, mihi me quam sim lugendum, demonstras. Unde nequaquam se pœnaliter, sed mirabiliter asserit cruciari: quia dum per fletum mens ad summum raptur, compunctionis sua pœnam gaudens miratur: & liber affici, quia afflictione sua se conspicit ad alta sublevare. Sæpe autem cum nos à sancti desiderij exercitatione torpescere superna pietas cernit, exempla se sequentium nostrorum obtutibus objicit, ut mens per otium remissa, quod in aliis vigilantium profectus considerat, eo in se per pigrititudinem torporis erubescat. Unde & rectè subjugatur.

Quod electi contra nos testes Dei sunt, ut qui negligimus precepta, ex adverso confundamur per Sanctorum exempla.

CAPUT XXXV.

Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam, & pœna militat in me.] Testes enim Dei sunt, qui per exercitium sancti operis testantur quæ electos scutura sint præmia veritatis. Unde hos quoque, quos pro veritate passos agnoscimus, Græco eloquio martyres, id est, testes vocamus. Et per Apoc. 2, d Joannem voce angelica Dominus dicit: In diebus

A *meis Antipas testis mens fidelis, qui occisus est apud eos. Sed testes suos contrâ Dominus instaurat, cùm electorum vitam pravitati nostræ contrariam, ad arguendos nos intruendosque multiplicat. Contra nos ergo testes illius instaurantur; quia cuncta quæ agunt, studiis nostris pravitatis adversa sunt. Unde & sermo veritatis adversarius vocatur, cùm mediatoris voce per Evangelium dicitur: Esto consentiens Mart. 5, adversario tuo cito, dum es cum illo in via. Atque de hoc codem redemptore reprobi persequentes dicit: Conspirans est operibus nostris. Et paulus post: Sap. 2, 6. Dismissus est alius vita illius. Testes itaque suos contra nos Dominus instaurat: quia bona quæ facere ipsi negligimus, haec ad correctionem nostram fieri ab aliis demonstrat: ut qui præceptis non accendi mur, saltem exemplis excitemur; atque in appetitu rectitudinis nil sibi mens nostra difficile astimet, quod perfectè peragi ab aliis videtur. Et fit plerumque, ut cum alienæ vita bona conspicimus, nostra sollicitus damna timemus: & eò patescat quanto post pondere animadversionis impetum, quod nunc à bonorum moribus longè discrepamus. Unde & testimoniū instaurazione memorata, protinus aptè subjugatur: [Et multiplicas iram tuam.] Ed nobis multiplicari ira Dei dicitur, quod esse multiplex indicatur: quia ex ipsa nunc bonorum vita & labore cognoscimus, si emendari, dum tempus est, nolumus, quanta post animadversione feriamur. Electos quippe Dei cernimus & pia agere, & crudelia multa tolerare. Hinc ergo colligitur, districtus iudex quantā illic feriat districione quos reprobat, si hic sic cruciat quos amat; Petro attestante qui ait: Tempus est, 1. Pet. 4, ut iudicium incipiat de domo Dei: si autem primum à nobis quis finis eorum qui non credunt Dei Evangelio?*

Omnipotens igitur Deus cùm contra nos testes instaurat, iram multiplicat: quia quod bonorum vitam nostris oculis objicit, eo pravitatis perpetrata duritiam, qua districione in iudicio percussit offendit: Nam cum solis sequentibus dona exaggerat, tormenta jam quia reliquerit, demonstrat. Cùm bona ergo in aliis cernimus, valde necesse est, ut & exultationem nostram formidini, & formidinem nostræ exultationi misceamus: quatenus & de alienis profectibus charitas gaudeat, & de suis infirmitatibus conscientia confracta contremiscat. Sed cùm fraterno profectu reficiuntur, cùm districtionem super nos interni iudicis ex ipso nostro corpore pensamus, quid restat, nisi ut ad discutiendum se animus redeat, & quidquid in se reprobum, quidquid pravum deprehendit, affligat? Unde & aptè subjugatur: [Et pœna militat in me.] Consideratis quippe Dei testibus, pœna in nobis militant: quia dum miranda illorum facta conspicimus, vitam nostram, quæ ex eorum nobis comparatione displaceat, studiosa afflictione cruciamus, ut quidquid in nobis polluerunt opera, diluant lamenta: & si quid adhuc culpa delectationis inquinat, pœna mœroris tergit. Beatus igitur Job, quia vitam patrum præcedentium conspicit, quid in se gemere debeat, subtilius agnoscit. Sed magni doloris magisterio, dum sua plangit, ad lamenta nos instruit: ut quod virtutes in aliis cernimus, eo apud districtum judicem nostræ sollicitus delicta timeamus. Sequitur: [Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret.] Quod nimur prima oratione jam protulit, dicens: Quare non in vulva 1ob. 3, 11 mortuus sum? Qui hoc quoque quod hic adjicit, subdene: [Fuisse quæ non essem, de utero translatus ad tumulum.] Illic verbis aliis non aliter adiungit, dicens: [Sicut abortivum absconditum non ibid. subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem.] Quia verò hæc superius late digessimus, pro vitando letoris fastidio, exposita replicare declinamus. Sequitur:

Quod cum peccatum animum pulsat, si brevitas delectationis aspiciatur, non multum juvat.

CAPUT XXXVI.

Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi?] Cautum se ac sollicitum vivere ostendit, qui brevitatem praesentis vita considerans, non ejus usum, sed terminum conficit: ut ex fine colligat, nihil esse quod transiens delectat. Hinc namque per Salomonem dicitur: *Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus latatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis & dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis arguentur praterita.* Hinc rursus scriptum est: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in eternum non peccabis.* Igitur cum culpa animum tentat, mens necesse est ut brevitatem sue delectationis aspiciat, ne ad vivacem mortem iniquitas rapiat; cum constet, quod ad terminalium citius mortalitatis vita praecurrat. Sed saepe occlusus contemplationis nostra confunditur, dum dolor noster flagellis crebrescentibus aggravatur. Liber praesentis vita exilium gemere, sed ipsa afflictione mens non valet damna sue excitatis astimare. Unde protinus subdit:

Quod peccatum, cui ex consuetudine obligati sumus, flendo dolere non possumus, nisi pietatis superne respectu compungamur.

CAPUT XXXVII.

Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum.] Sicut enim moderata afflictio lacrymas exprimit, ita immoderata subducit: quia maior ipse quasi sine meroe fit, qui afflicti mentem devorans, sensum doloris tollit. Vir igitur sanctus ferri plusquam sufficit, pertimescit, dicens: *[Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum.]* Ac si aperte dicat: Flagella tua percussiois tempora, ut moderatis doloribus astimare mala quepatior, flendo convalescam. Quod tamen intelligi & aliter potest. Sæpe namque peccator iniquitatis sua vinculis ita constringitur, ut pondus quidem peccatorum toleret, sed tamen quia tolerat, ignorat. Sæpe autem si cognoscet, quanto reatu premitur, erumpere in lacrymas conatur, & non potest: ut hunc in se mente libera, & conversatione integra persequatur. Flere ergo dolorem suum non valet, quia & iniquitatis sua reatum considerat, & tamen pro terrena occupationis pondere, hunc & gemere nequaquam vacat. Flere dolorem suum non valet, qui præve quidem consuetudini contrarie nititur: sed tamen adhuc succrescentibus desideriis carnis gravatur. Hujus doloris praesentia Prophetæ mentem criaverat, cum dicebat: *Dolor meus contra me est semper, quoniam iniquitatem meam ego pronunciabo, & cogitabo pro peccato meo.* Sed solitus iniquitatis vinculis dimissum se noverat, qui exultabat dicens: *Dirupisti vincula mea, tibi [sacrificabo] hostiam laudis.* Tunc igitur ad plangendum dolorem nos Dominus dimittit, cum & mala nobis quæ fecimus, demonstrat: atque ad hæc eadem flenda quæ cognoscimus, adjuvat. Culpas oculis objicit, & pia manu gratia, vincula cordis solvit: ut ad vaccinationem penitentiae mens nostræ erigat, & carnis soluta compedibus, in auctorem suum libera gressum amoris tendat. Plerumque etenim vitam nostram ipsi reprehendimus, sed tamen libenter agimus hoc, quod in nobis recte reprobamus. Ad iustitiam spiritus nos erigit, ad consuetudinem caro restrainingit. Amori suo mens renititur, sed protinus delectata captivatur. Bene itaque dicitur: *(Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum.)* Quia nisi à reatu culpe, quo nos ligavimus, misericorditer dimittamur, perfectè flere non possumus hoc,

A quod in nobisipsis contra nosmetipos dolemus. Sed tunc veraciter reatus nostri dolor plangitur, cùm tenebrosa illa inferni retributio intento timore prævidetur. Unde aptè subjungitur:

Quod poena infernales nec transitorie sint, nec phantastica, sed solida & perpetua.

CAPUT XXXVIII.

Antequam vadam, & non revertar, ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine.] Quid enim terra tenebrosa nomine, nisi terra tartari claustra signantur? Quæ aeternæ mortis caligo operit, quia damnatos quoque in perpetuum à vita luce disiungit. Nec immerito infernus terra dicitur: quia quicunque ab eo capti fuerint, stabiliter tenentur. Scriptum quippe est: *Generatio praterit, & generatio advenit, terra vero in eternum stat.* Eccl. I. igitur inferni claustra tenebrosa terra nominantur: quia quos puniendo accipiunt, nequaquam poena transitoria, vel phantastica imaginatione cruciant, sed ultione solidæ perpetuae damnationi servant. Quæ aliquando tamen laci appellatione signantur, Propheta attestante, qui ait: *Portaverunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum.* Infernus ergo & terra nominatur, quia fulcros stabiliter tenet: & lacus dicitur, quia hos quos semel ceperit, semper fluctuantes & trepidos tormentis circumfluentibus absorbet. Sanctus autem vir five sua, five humani generis voce dimitti se postulat, antequam vadat: non quia ad terram tenebrosam qui culpam deflet iturus est; sed quia ad hanc proculdubio qui plangere negligit, vadit, sicut debitori suo creditor dicit: *Solve debitum priusquam pro debito constringaris;* qui tamen non constringitur, si quod debet solvere non moratur. Ubi & rectè subditur: *(Non revertar.)* Quia nequaquam ultra misericordia parentis liberat, quos semel in locis penalibus justitia judicantis dannat. Quæ adhuc subtilius loca describuntur, cum dicitur: *(Terram miseriae & tenebrarum.)* Miseria ad dolorem pertinet, tenebra ad cæcitatem. Ea ergo quæ à conspectu districti judicis expulso tenet, miseria & tenebrarum terra prohibetur: quia foris dolor cruciat, quos divisos à vero lumine, intus cæcitas obscurat. Quamvis miseria & tenebrarum terra intelligi & aliter potest. Nam hæc quoque terra, in qua nascimur, est quidam miseria, sed tenebrarum non est: quia multa hic corruptionis nostræ mala patimur, sed tamen adhuc in ea per conversionis gratiam ad lucem redimus; Veritate suadente, quæ ait: *Amulate dum lucem habetis, ne vos tenebra comprehendant.* Illa vero simul miseria & tenebrarum terra est: quia quisquis ad toleranda ejus mala desidererit, nequaquam ulterius ad lucem reddit. In cuius adhuc descriptione subiungitur: *(Vbi umbra mortis, & nullus orao.)* Sicut mors exterior ab anima dividit carnem, ita mors interior à Deo separat animam. Umbra ergo mortis est obscuritas divisionis: quia damnatus quoque cum aeterno igne succeditur, ab interno lumine tenebratur. Natura vero ignis est, ut ex seipso & lucem exhibeat & concremationem. Sed transactorum ultrix illa flamma vitorum, concremationem habet, & lumen non habet. Hinc est enim, quod reprobis Veritas dicit: *Discede a me maledicti in ignem eternum, qui paratus es diabolo & angelis eius.* Quorum rursus omnium corpus in unius persona significans, dicit: *Ligate eimam & pedes, & mittite eum in tenebras exterioreas.* Si itaque ignis qui reprobos cruciat, lumen habere potuisse, is qui repellitur, nequaquam mitti in tenebras diceretur. Hinc etiam Psalmista ait: *Super eos cecidit ignis, & non viderunt solem.* Ignis enim super impios cadit, sed sol igne cadente non cernitur: quia illos,

psal. 37.

psal. 115. b

41.

Ezecl. 16

46.

Joan. 12.

Mar. 22.

Ps. 37.

Ezecl. 32 f. quos gehenna flamma devorat, à visione veri lumenis cæcat: ut & foris eos dolor combustionis cruciet, & intus pœna cæcitatibus obcureret; quatenus qui auctoritudo suo corde & corpore deliquerunt, simul corde & corpore puniantur; & utroque pœnas sentiant, qui dum hic viverent, pravis suis delectationibus ex utroque serviebant. Unde bene per Propheta dicitur: *Defenderint in infernum cum armis suis.* Arma quippe peccantium sunt membra corporis, quibus perversa desideria quæ concipiunt, b. exequuntur. Unde rectè per Paulum dicitur: *Nemque exhibeat membra vestra arma iniquitatis peccato.* Cum armis ergo ad infernum defendere, est cum ipsis quoque membris, quibus desideria voluntatis expleverunt, aeterni judicij tormenta tolerare: ut tunc eos undique dolor absorbeat, qui nunc suis delectationibus subdit, undique contra justitiam justè judicantis pugnant.

Quomodo supplicia damnatorum ex justitia judicis ordinem habeant, in eis autem qui ea patiuntur, confusione.

CAPUT XXXIX.

*M*IRUM verò est valde quod dicitur: [Vbi nullus ordo.] Neque enim omnipotens Deus, qui mala bene punit, inordinata esse ullò modo vel tormenta permittit: quia ipsa quoque supplicia, quæ ex lance justitiae predeunt, inferri sine ordine nequaquam possunt. Quomodo namque in suppliciis ordo non erit, dum damnatum quemque juxta modum criminis, retributio sequitur ultionis? Hinc sicut. b. quippe scriptum est: *Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior infast cruciatio.* Hinc Apoc. 18. in Babylonis damnatione dicitur: *Quantum exultavit se, & in delictis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Si igitur juxta modum culpæ, pœna distinguitur, constat nimis, quod in suppliciis ordo servatur. Et nisi tormentorum summam, meritorum aetate dirimerent, nequaquam iudex veniens dicturum se missisibus esse perhiberet:

Matt. 13 Colligite primum Zizania, & ligate ea in fasciculos ad comburendum. Si enim nullus in suppliciis ordo servabitur, cur comburenda zizania in fasciculos ligantur? Sed nimis fasciculos ad comburendum ligare, est hos qui aeterno igni tradendi sunt, pares paribus sociare: ut quos similius culpa inquinat, par etiam pœna confringat: & qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquam dispari tormento crucientur: quatenus similius damnatio conterat, quos similius elatio sublevabat; quosque non dissimiliter dilatavit ambitio, non dissimilis angustet afflitionis; & par cruci flamma supplicii: quos in igne luxuriae par succidet flamma peccati. Sicut enim in domo Patriæ mansiones multæ sunt pro diversitate virtutis; sic damnatos diverso supplicio gehenna ignibus subjicit disparitas criminis. Quæ videlicet gehenna quamvis cunctis una sit, non tamen cunctos una eademque qualitate succedit. Nam sicut uno Sole omnes tangimur, nec tamen sub eo uno ordine omnes astutamus, quia juxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris: sic damnatio & una est gehenna qua afficit, & tamen non una omnes qualitate comburit: quia quod hic agit dispar valetudo corporum, hoc illuc exhibet dispar causa meritorum. Quomodo ergo nullus inesse ordo suppliciis dicitur, in quibus profecto

Iohn. 14 quisque juxta modum culpe cruciat? Sed sanctus vir postquam umbram mortis intulit, quanta sit confusio in damnatorum mente subjungit: quia ipsa quoque supplicia, que ordinata per justitiam veniunt, ordinata proculdubio in corde morientium non sunt. Ut enim paulus superioris diximus, dum dñatus quisque foris flamma succeditur, intus cæcitatibus igne devoratur; atque in dolore positus, exteriùs inter-

iusqueconfunditur, ut sua deterius confusione crucietur. Repulsis ergo ordo in supplicio non erit: quia in eorum morte atrocis ipsa confusio mentis levit. Quam tamen mira potentia judicantis æquitas ordinat, ut pœna animam quasi inordinata confundat. Vel certè absēt ordo suppliciis dicitur: quia quibuslibet rebus in pœnam surgentibus, propria qualitas non servatur. Unde & protinus subinfertur: [Et sempiternus horror inhabitat.] In hujus vita tormentis timor dolorem habet, dolor timorem non habet: quia nequaquam mentem metus cruciat, cum pati jam cœperit quod metuebat. Infernum verò & umbra mortis obscurat, & sempiternus horror inhabitat: quia ejus ignibus traditi, & in suppliciis dolorem sentiunt, & in doloris angustia pulsante se semper pavore feriuntur: ut & quod timent tolerant, & rursum quod tolerant, sine cessatione pertinecant. De his etenim scriptum est: *Vermis Esai. 66: eorum non morietur, & ignis eorum non extingetur.* Hic flamma quæ succedit, illuminat; illic, ut superius verbis Psalmistæ docuimus, ignis qui cruciat, obscurat. Hic metus amittitur, cum tolerari jam cœperit quod timebatur: illic & dolor dilaniat, & pavor angustat. Horrendo igitur modo erit tunc reprobis dolor cum formidine, flamma cum obscuritate. Sic sic videlicet à damnatis sentire pondus summæ æquitatis debet: ut qui à voluntate conditoris nequaquam sunt veriti discrepare dum vivent, in eorum quandoque interitu ipsi à suis qualitatibus etiam tormenta discordent: quatenus quod se impugnant, cruciatus augeant, & cum variè producent, multipliciter sentiantur. Quæ tamen supplicia in se demersos & ultra vires cruciant, & in eis vite subdium extingendo servant: ut sic vitam terminus puniat, quatenus semper sine termino cruciatus vivat, qui & ad finem per tormenta properat, & sine fine deficiens durat. Fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia & mors vivit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit. Quia igitur & mors perimit, & non extinguit: dolor cruciat, sed nullatenus pavorem fugat: flamma comburit, sed nequaquam tenebras discutit: quantum per noctitiam præsentis vita colligitur, supplicia ordinem non habent, quæ non suam per omnia qualitatem tenent; quamvis illic ignis & ad consolacionem non lucet, & tamen ut magis torqueat, ad aliquid lucet. Nam sequaces quoque suos secum in tormento reprobi, flamma illustrante visuri sunt, quorum amore deliquerunt: quatenus qui eorum vitam carnaliter contra præcepta conditoris amaverat, ipsorum quoque eos interitus in augmentum sua damnationis affligat.

Quod profecto Evangelio attestante colligimus, in Læc. 16. quo Veritate nunciante, dives ille, quem contigit ad aeterna incendijs tormenta descendere, quinque fratrum describitur meminiſſe, qui ab Abraham petit, ut ad eorum eruditorem mitteret, ne illuc eos quandoque venientes per pœna cruciare. Qui igitur ad doloris sui cumulum propinquorum absentium meminit, constat proculdubio, quia eos ad augmentum supplicij, paulus post potuit etiam praesentes videre. Quid autem mirum, si secum quoque reprobos apicciat cremari, qui ad doloris sui cumulum, eum quem despicerat, in sinu Abrahæ Lazaram vidit? Si ergo ei ut pœna cresceret, & vir eleetus apparuit: cur non credendum sit, quod videre in supplicio eos etiam, quos contra Deum dilexerat, posit? Quia ex re colligitur, quod eos, quos inordinatè nunc reprobi diligunt, miro judicij ordine, secum tunc in tormentis videbunt: ut pœnam propriae punitionis exaggereret illa auctori proposita carnis cognitio, pari ante oculos ultione damnata. Ignis itaque qui in obscuritate cruciat, credendum est, quia lumen ad tormentum servat. Quod si approbare testimonii in sua expressione non pos-

Dan. 3. sumus: superest, ut è diverso doceamus. Tres quippe Hebreæ gentis pueri, per Chaldei regis imperium succensis camini ignibus, ligatis manibus pendibusque projecti sunt: quos tamen cùm idem rex in camini incendio miseratus exploraret, illæsis vestibus deambulantes vidit. Ubi aperè colligitur, quia mira dispositione conditoris, ignis qualitas in diversa virtute temperata, & vestimenta non attrigit, & vincula incendit, sanctisque viris & ad inferendum tormentum flamma friguit, & ad solutionis ministerium exarsit. Sicut ergo electis ignis ardore novit ad solatium, & tamen ardore ad supplicium necit: ita è diverso gehenna flamma reprobis & nequaquam lucet ad consolationis gratiam, & tamen lucet ad poenam; ut damnatorum oculis ignis supplicij & nulla claritate candeat, & ad doloris cumulum, dilecti qualiter crucientur ostendar. Quid autem mirum, si gehenna ignem credimus habere supplicium simul obscuritatis & luminis, quando experimento novimus, quia & tadarum flamma lucet obscura? Tunc edax flamma comburit, quos nunc carnalis delectatio polluit: tunc infinitè patens inferni barathrum devorat, quos nunc inanis elatio exaltat; atque qui qualibet ex virtute voluntatem callidi perversoris expleverunt, tunc cum duce suo reprobi ad tormenta perveniant. Et quantius Angelorum atque hominum longè sit natura dissimilis; una tamen poena implicat, quos unus in criminis reatus ligat. Quod bene ac breviter insinuat Propheta, qui ait: *Ibi Assur & omnis multitudo ejus, & in circuitu ejus sepulcra illius.*

Ezecl. 32 Quis namque Assur superbi regis nomine, nisi ille per elationem cadens antiquis hostis exprimitur; qui pro eo quod multos ad culpam peccavit, cum cuncta sua multitudine ad inferni claustra descendit? Sepulcra autem mortuos regunt. Et quis alius mortem acris pertulit, quam is qui conditorem suum despiciens, vitam reliquit? Quem videlicet mortuum cum humana corda suscipiunt, ejus præcubilio sepulcra fiunt. Sed in circuitu illius sepulcra ejus sunt: quia in quorum se mentibus nunc per desideria sepelit, hos sibi postmodum per tormenta conjungit. Et quoniam nunc in semetipsis reprobi malignos spiritus illicita perpetrando suscipiunt, tunc sepulcra eorum cum mortuis ardebunt.

Quod nihil prodest, quemaneant peccatores tormenta cognoscere, nisi ad hoc demus operam, ut possimus evadere.

CAPUT XL.

Ecce quæ mancat damnatos poena cognovimus: & instruente nos sacro eloquio, quantum in damnatione ignis, quanta in igne obscuritas, quantisque in obscuritate pavor si nullatenus ambigimus. Sed quid prodest ista prænoscere, si non contingat evadere? Tota ergo intentione curandum est, ut cùm vacationis tempus accipimus, bene vivendi studio, malorum ultricis tormenta fugiamus. *Hecle. 9.* Hinc quippe per Salomonem dicitur: *Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erit apud inferos, quo tu properas.* Hinc Esaias ait: *Quarite Dominum dum inveniri potest, invocate eum dum inferos, quo tu properas.* *Esaie. 55.* *b.* *Prope est.* Hinc Paulus ait: *Ecce nunc tempus accessibile, ecce nunc dies salutis.* Hinc rursum ait: *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.* Sed plerumque se ad viam rectitudinis animus accingit, torporem disficit: tantoque in cœlestibus desiderio rapitur, ut pâne nil ex eo inferius remansisse videatur. Et tamen cùm ad carnis curam reducitur, sine

304

A qua præsentis vita via nullo modo expletur, ita hunc inferius depresso tener, ac si adhuc de summis nulla contigisset. Auditis verbis caleftis oraculi, in amorem patria caleftis erigitur: sed resurgente præsentis vita studio, sub terræ curæ aggere sepelitur: atque in terra cordis nequaquam superna spes semen proficit; quia cogitationis infima spina densescit. Quam videlicet spinam per semetipsam Veritas manu fænæ exhortations eradicat, dicens: *Nolite solliciti esse in crastinum.* Contra *Mat. 6.* hanc quoque per Paulum dicitur: *Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis.* Sed in his nimis duabus ac militis verbis agnoscimus; quia tunc ab ea mortifero vulnere animus pingitur, cùm in ea mensura æquitatis non tenerur. Neque enim adhuc mortal in carne viventibus, funditus cura carnis abscondit: sed ut discreta animo serviat, temperatur. Nam quia sollicitos nos esse Veritas in crastinum prohibet, habere utcumque curam in præsentibus non negat, quam tendi ad tempus quod sequitur, vetat. Et nimis Paulus cùm carnis curam fieri in concupiscentiis non finit, proculdubio in necessitate concedit. Discretione ergo magni moderaminis carnis cura frænanda est, ut serviat, & minimè principetur; ne quasi domina animum vincat, sed subacta mentis dominio, quasi ancilla famuletur: ut iusta adsit, atque ad nutum cordis repulsa difficiat: ut vix à tergo sanctæ cognitionis appareat, & numquam contra faciem recta cogitantis obstat. Quod bene nobis historia sacra lectionis innuitur, cùm Abraham tribus Angelis occuruisse memoratur. Ipse quippe venientibus *Gen. 18.* extra òltium occurrit, Sara vero post ostium stetit: quia videlicet ut vir ac dominus domus spiritalis, noster scilicet intellectus, debet in cognitione Trinitatis, claustra carnis excedere, & quasi habitacionis infima januam exire: cura autem carnis, ut femina, foris non appareat, & videri jaçanter erubescat: ut quasi post tergum viri sub discretione spiritus, solis necessariæ intenta, nequaquam sciat procaciter detegi, sed verecundè moderari. Cui tamen sâpe cùm dicitur ut de se minimè præsumat, sed tam se in divina spesi fiduciam transferat, despicit, & cessante studio, adest sibi vitæ subidia posse difidit. Unde & haec eadem Sara promissiones Dei audiens ridet, sed ridens corripitur, correpta autem protinus secundatur: & quia in juventute vigens secundari non potuit, annis fractâ senilibus, utero marcescente concepit: quia cùm cura carnis sui confidentiam habere desierit, contra spem ex divina promissione accipit, quod habituram se ex humana ratione dubitavit. Unde & bene Isaac, id est, risus, dicitur, qui generatur: quia cùm superna spesi fiduciam concepit, quid mens nostra aliud quam gaudium parit? Curandum itaque est, ne aut necessitatis metas cura carnis transeat, aut in eo quod moderatè exequitur, de se præsumat. Sæpe vero animus fallitur, ut quod voluptuose appetit, necessarium sufficeret: quatenus omne quolibet, vita debitam utilitatem putet. Et sâpe, quia effetus providentiam sequitur, in sui fiduciam mens levatur. Cumque sibi adest quod deesse ceteris viderit, cogitatione tacita de magnitudine sua provisionis hilarescit: tantoque jam à vera provisione longè fit, quanto ipsum quoque elationem, quam patitur, nescit. Unde solerti semper custodia intentione pensandum est, vel quid opere agimus, vel quid corde versamus: ne aut mentem præpediens, foris se terrena cura multiplicet, aut saltum de ejus moderamine intus se cogitatio exalteat: ut cùm diuinæ judicia temporali circumspectione meruimus, sempiterni supplicia horroris evadamus.

SANCTI